

Veronica mas serpens.



Veronica pratensis.



que ἢ δὲ δύοδ' significat) ramos tenues, dodrantes, quinos, senosve, à radice statim foliis refertos, gustu acerbos. Nascitur in segetibus & cultis. Meminit elatines Plinius libro

Elatine Veronica foemina Fuchsi, & Matthioli.



viret. Recentior etas veronicam appellat. Germanis Chrenpreis / Grundheyl : Belgis Cereuyijs / id est bonos & laus, Bohemi Weronyta. Betonica autem, qua à Paulo Aegineta lib. 1. describitur, & alia à Nicom. est, convenire cum hac videtur. Serpit siquidem veluti Pulegium: ramuli ejus tenuiores sunt, folia forma & magnitudine respondent: gustabilis qualitas longè quam Pulegii inferior: ita ut hujus comparatione nullam referat. De Veronica foemina dicta, live elatine hæc idem Dodonæus: Cum veronica legitima vix ullam similitudine habet, tota molli tenuique lanugine contegitur, viticulosus, sive cauliculis compluribus humis repit. Folio veluti veronica, sed magis acuminata, nec ambitu serrata, flosculi secundum folia lutei, retro propendens habent corniculum, instar florum linariae, aut floris Regii: rotunda succedunt veluti Anagallidis capitula, in quibus semen. Radix fibrosa. Riguis ac humidis gaudet locis, inter segetes etiam exit. Æstivis mensibus florem, ac deinde semen perficit. Leonhartus Fuchsius, & post eum Matthiolus, Veronicam appellant feminam, quibus superior mas est; potius tamen ad Elatinem referenda videtur; quam Dioscorides & Plinius ajunt folia habere Helxiones minora, rotundiora, pilosa: dodrantes ramulos quinos senosve, à radice foliosos, nascique in segetibus ac cultis: cum qua descriptione hæc herba convenit. Folia siquidem ejus multò quam parietariae (qua proprie Helxine) minora ac rotundiora, pilosa quoque, ut jam scripsimus: dodrantes etiam ramuli foliosi, non pauciores quinque aut sex, nec dissident natales. Doctissimus, ac nobilissimus Botanicus Veronicas ad alyssi historiam referendas vult, quod qua ratione commodè fieri possit, non video. Nullum Veronicæ genus fructum fert duplicium scutorum effigie. Dioscorides lib. 3. cap. 89. ubi de alyssis agit. πικρὸν δὲ ἰσχυρὸν αἰσ ἀσπιδίου διαδιδωκένον. nec semen ὑπόπλευρον ferunt, sed parvum, rotundum, nigricans, in filiquis planis. Quam foeminam Veronicam vocant, nonnulli ad elatinem referunt, ipsamque elatinem esse asserunt. Dioscorides lib. 3. c. 40. Ελατίνη τὰ πρὸ φύλλαίτης ὁμοία τῇ ἰλεΐνῃ, μακροτέρως δὲ καὶ πρὸς τὰ πλάγια, διαστία, κλωνίας λεπτῆς, ἀσπιδιοειδῆς ἢ ἴσ' ὁμοίαν τῆς ῥίζης, φύλλων πλεονεξίας προφανῶς ἐν τῇ γίνεσθαι φύσιν αἰσίου καὶ τὸ ποιεῖν ἰσχυροῦς. Elatine folia habet Helxine, at minora, rotundioraque, pilosa, (vel, si mavis, densa, utrum-

vigesimo septimo capite nono; Elatine folia habet helxines, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis quinis senisve, à radice statim foliosis. Nascitur in segetibus, acerbæ gustu, & ideo oculorum fluxioni efficax. Elatines nomen unde acceperit, non facile dixerim, cum

cum *ελαινη* abiete, nihil similitudinis habeat. An ergo *ελαινη*, quod folia quodammodo folliculum, sive palmæ fructus involucri referant? An verò quod manubrium remi, gladiique quod ex palma fieri solet, folia, quæ helxinæ similia sunt, referant? An quod planta jucundum quendam odorem, qui palmeum unguentum referat, emittat? De odore elatinæ nihil apud veteres legitur, nec folia palmæ involucri comparari queunt, nec formam manubrii remi, gladiique satis mentiuntur. An ergo *ελαινη*, quasi *μικροί ελάττωι ελξίνη*, *parva minor helxine*? Hoc erymon docet elatinem alteram Dodonæi, veram & legitimam, elatinem esse veterum. In veteri codice eandem hanc elatinem vocatam nephriticam, *ελαινη δις νεφρική* &c. legitur. Apud veteres tamē ad calculos elatinem utilem esse, non reperitur. Folia inquit Dioscorides, habet helxinæ, sed minora. Quæritur qualis helxine intelligenda? An parietaria? an verò helxine cissampelos? Posterius magis placet, quod planta, quæ pro elatine ostenditur à Dodonæo, aliisque summis botanicis helxinæ cissampelo sit similior, quam parietariæ. Tum etiam

pro elatine ostendunt. Sunt hæc quidem folia rotundiuscula, & hirsuta, sed quæ parietariam non referunt, nullamq; cum hedera, vel helxine (hanc veriore dixi interpretationem) similitudinem habent. Elatine veterum est, quam Dodonæus elatinem alteram vocat, & Mathiolus elatines nomine depingit. Hæc folia hederae, vel helxinæ cissampelo minora, rotundioraque fert, eadem hirsuta, & nonnihil fissa. Ramulos è radice promittit quinosenosve, dodrantes: etiam statim à radice foliis conferta plurimis cernitur; sed hanc notam habet ante-

Elatine altera Dodonæi.

Elatine Cordi, Helxine cissampelos, polygonum hederaceum Columnæ.



quod Dioscorides de helxine cissampelo, quæ hederacea habet folia, præcedenti capite egerit. Malè apud Oribasium pro *μικροί ποσ, μακροί ποσ* *majora* legitur. Satis clarè Plinius folia helxines, & pusilla habere tradit. *Δασία* Plinius *pilosa* interpretatur; potest verti *densa*; sed prius placet. Post *δασία* in veteri codice additur *ελατινη ποσ, αλιγο modo fissa*. Quæ spuria videntur; quod nec apud Oribasium reperiantur, nec Plinius ea legerit. Glossatoris ergo sunt. Pro *δασία ποσ* in eodem veteri codice habetur, *δασία ποσ, & δασία ποσ, à terra & radice*. Quod à nobis improbat. Elatinem alii nummulariam, alii pimpinellam existimant. Neutrâ opinionem Botanici probant, Quod nummulariæ folia helxines cissampeli, id est hederae foliis non sit, sed circinatae rotunditatis; præterea quod folia non habeat pilosa, sed glabra & virentia, tum quod non in incultis, ac fegetibus; sed plerumque in scrobium marginibus, præsertim uliginè madentibus reperitur. Pimpinella verò ramulis exit longè pluribus quam senis, in terram procumbentibus; foliaque habet helxines, aut si quis mavult, (quod nobis non placet) parietariæ dissimilia, sed undique in ambitu laciniata, asterisci modo. Præterquam quod ramuli majores sint, quam dodrantes. Sed hoc solo cœloque adscribi posset. Alij veronicam fœminam Fuchsi, vel fœminam Dodonæi

quam cauliculos emittat. Vulgo elatine folio acuminato in basi auriculato vocatur; flore est luteo. Quæ vulgata, & jam descripta est, reperitur & flore cæruleo. Hæc à priore differt, quod foliis est rotundioribus, ad basin minus auriculatis, floribusque, ut dixi, subcæruleis, vel cæruleis. Supra dixi Plinium describere betonicam folio lapathi. Erroris causam putamus, quod Dioscorides Britannicam, cui folia lapathi, betonicam vocari tradat, libro 4. cap. 2. *Βριτανική* (deest in veteri codice) *βριτανική ποσ* *ελατινη φιλια* *εμφεση* (vetus *εμοια*) *λαπιθου* *αυριου*, *μελας ποσ* *δις και δασια ποσ, σι φαντα εις τη γινωσκου* *καυλον εις ανητοι ε μετα, εις και δασια και βρυχιας*. *χολιζου εις αυτης φιλια, εις εις ηλια η περι αυριου*. Britannica, sive Betonica herba est foliis sylvestris lapathi, ac nigrioribus, ac pilosioribus, gustu adstringentibus; caulem verò promittit non ita magnum, radice autem tenui, brevique nititur. Foliis exprimitur succus, qui sole aut igni cogitur, & inspissatur. Plinius hujus plante mentionem facit lib. 25. cap. 3. In Germania trans Rhenum castris à Germanico Casare promotis, maritimo tractu fons erat aquæ, dulcis solus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus solverentur. Stomacem medici vocabant, & sceleretyben ea mala. Reperta auxilio est herba, qua vocatur Britannica, non nervis modo, & oris n alis salutaris, sed contra anginas quoque, & serpentes. Folia habet oblonga, nigra, radicem nigram. Succus ejus exprimitur, & ex radice. Florem vibones vocant: qui collectus, prius, quam tonitrua audiantur, & devoratus, securos in totum reddat. Frisi qua castra erant, nostris demonstravere illam, mirorque nominis causam: nisi forè confines Oceano Britannicæ velut propinqua, dicavere: non enim inde appellatam eam, quoniam ibi plurima nasceretur, certum est etiamnum Britannia libera. A Britannia, vel Oceano Britannico, sive potius Belgico. Æque enim illi

mare propinquum habent, ac Britanni) nomen impositum, non existimari. Verisimilius, ab arce, quam Bretten & Britten vocant Baravi, quod ad ostium Rheni à Cæsare Germanico conditum fuit, vel, si cochlearia veterum Britannica sit, (quod mox videbimus) nomen à Frisiis impositum est, quod paludosis in locis, ex quibus cespites conficiuntur, nascatur, qui hodie etiamnum Bretten, & Britten dicuntur; vel quod ad aggeres maritimos, ex cespitibus factos, copiosa reperiatur. Dioscorides radicem brevem & tenuem ait. Plinius nigram scribit,

Bistorta serpentaria mas Fuchsi.



dicitque, folia oblonga esse nigraque. Dioscorides verò sylvestri comparat lapatho, sed nigriora, magisque pilosa, vel, si mavis, densa esse refert, gustumque habere adstringentem. Cæterum, malum illud, quod Plinius stomachacem vocat, nautis nostris, & qui locis habitant maritimis, notissimum, vulgo *Schuerbupch* vocat. Botanici quidam *Bistortam*, (sic dictam, quod radice sit serpentis jacens modo in se contracta) eandem alii serpentariam appellant, quod ubi primum è terra erumpit, linguæ serpentis tenui pelle vestitæ, formam obtineat. Alia tamen serpentaria, ab hac viribus formaque multum discrepans quam Græci *δυσήρνος* vocant, de quo Theophrastus, lib. sequenti. *Bistortam*, ut dixi, Britannicam esse volunt, ac voces *μυλάρτος*, & *δυσήρνος* exponunt in hunc sensum. *Μυλάρτος*, inquit, dicuntur, quæ saturatiore sunt colore, & quasi purpura nigricante, ut in violæ martiæ, quam *μύλανη* vocat Dioscorides, altera parte videre licet. *Δυσήρνος* verò hic non pilosiora significat, sed rigidiora, densiora, & firmitiora. Postremam vocem utrumque denotare, alibi probavimus, & de voce *μυλάρτος*, quod referunt, extra controversiam ponimus. Sed alia sunt, quæ impediunt *bistortam* esse Britannicam; nempe, quod radicem crassam satis habeat. Respondent; Dioscoridem aut minoris *bistortæ* radicem intellexisse, quæ non admodum crassa est, aut locum hunc à quopiam rei botanices ignaro temerè mutatum: qui cum radicem brevem legisset, *πυλάρτος* mutavit in *δυσήρνος*: quia, quæ sunt breves radices, sæpius etiam sunt tenues. Brevem verò esse, videre licet cum lapatho, aut minoribus collatam. Hanc satis audacem esse correctionem, nemo facile negabit. Nulla enim nititur auctoritate, improbatur ab Oribasio, qui vulgatam servavit. Folia *bistorta* in longiusculis pediculis promit oblonga, lata & acuminata, lapathi similia, verùm venosa & supernè quidem virentia, inferius verò in cæso colore candicantia: inter quæ medii exeunt caules pede altiores, rotundi, minoribus aliquot foliis circumvestiti; spicam in fastigio exiguis flosculis è dilutior rubore, purpurascens, in qua semina tandem

triangularia, & splendentia, veluti oxalidis. Radix subest crassa, oblongior, geniculata, nonnunquam retorta, multis fibris capillata, foris nigricans, interiore verò pulpa non intensè rubescens, gustu astringens. Fuchsius duas hujus species facit, unam foliis rugosioribus, aliam lævioribus: & radice hanc magis in se contorta, illam verò majore & minus complicatâ, multumque fibrosâ. Reperitur bistorta locis humentibus, in opacis silvis, pingui ac lutofo solo. Matthiolus in montibus exire refert. Adolefcit etiam feliciter in hortis; perenni radice nititur. Majo ac Junio flores spicati vigent: semen postea maturefcit. *Bistortæ* recentiores varia observarunt genera. Malunt alii *Perficariam*, cujus imaginem exhibemus, Britannicam esse, quæ copiosissimè in cõvallibus locis prope arcem Britten reperitur. Hæc caulibus, foliis, floribus semen hydropeperi simillima est: caules habet rotundos

Perficaria tragi, Pulicaria mascula.



geniculatos; folia quoque *Perficæ* aut *Salicis*, sed sæpe latiora & nigriora quam hydropeperis, macula five litura in medio nigra, plumbi colore; quâ notâ manifestissimâ ab Hydropepere dignoscitur: flores similiter race-mosi, candidi, frequentius purpurascens: semen nigrum, & radices fibrosæ. Sapore autem hæc herba non est acris, sed subacidum quidpiam respicit. Reperitur similibus, & sæpe iisdem quibus Hydropeperi locis; floretque eodem tempore. *Perficaria* à foliorum *Perficæ* similitudine nuncupatur. Germani *Perfichkraut* / *und Floochkraut* / Belgæ *Perfentrupt* nominant. *Perficariæ* etiam varia genera observavit Bauhinus in *Phytopanace*, quem adeat lector. Malunt alii Britannicam *Cochleariam* esse, quam Dodonæus his verbis describit: *Humilis herba Cochlearia est: folia fert mediocris longitudinis, pediculis & radice exeuntibus complura, splendentia, lata, crassa, modicè cava, instar parvi, & non valdè profundi cochlearis: flores in colliculis candidi secundum longitudinem eorum nascuntur: semen parvum, rufum, in exiguis valvulis, uti Nasturtii: radices tenues sunt, & albæ fibræ. In Frisia, Hollandia, ac aliis maritimis inferioribus Germania regionibus, locis palustribus, & circa aggeres sponte nascitur: apud Brabantos, & alibi quoque in hortis sæpe feliciter provenit. Gignitur verò, & Cochlearia in Britannia, haud procul à Tamesi fluvio, ut Lobellius refert, flore, semine, gustuque priori similis: foliis quoque, colore quidem, sed non perinde cavis, & ad exigui Lapathi, aut a triplicibus magis accidentibus. Amat autem Cochlearia non aquas, sed palustria loca, & rigua. Floret Aprili & Majo mensibus, altero à satione anno: semen Majo & Junio particulatim maturefcit. Nominantem Hollandi, Frisi & alie finitimæ natio-*

nationes *Hoffelkraut*; & *Teipelcruyt*: Latini *Cochleariam*. Veteribus, ni fallor, incognita. Nam cum *Telephio*, aut *Britannica* (quod aliquando suspicari fumus) non convenit. Caule enim & folijs *portulacam* non refert, uti *Telephium*, nec astringens, aut *lapathis facultate* assimilis, veluti *Britannica* est, *Dioscoride* & *Galeno auctoribus*, sed gustu acris & calida. Præterea dissimilia folia sunt *sylvestri lapatho* dissimilia, densa quidem, sed non pilosa glabra, succique plena. Radicem quoque non nigram, sed albam habet. Alii aliam quandam plantam, conyzis similem, pro *Britannica* obtrudunt. Describitur his verbis ab adversariorum auctoribus. *Caule plurimum singulari, rotundo, duriore, pallente, cubitum alto; in geniculis folia imanonnulla eminente Morsus Diaboli minora, aut Conizæ majoris, Bellidis, nonnihil nigricantia. Flores in pusillis alis summis lutes, circinati. Conizæ majores, sed non absimiles, abeuntes maturo semine in pappos: nec semen dissimile Conizæ majoris. Radix brevis, tenuis, albicans, fibrosa, minor, radice Succisæ, aut Bellidis par.* *Britannica hæc adstringendi gustum nullum præbet, vehementer amara est, ac nonnihil calida, odore & sapore conicem refert. Radix præterea albicat, nigra dici non potest. Existimavi quandoque brunellam, vulgo ductam Britannicam esse, quod non in convallibus, ut *Perficaria*, sed in collibus incultisque locis circa arcem Bretten reperiatur. Accedebat, quod nomen haberet à malo, quod *Die Braun* Germani vocant, Oris vitium est, præsertim linguæ, cum timore, & nonnullâ exasperatione, nigredine & ficitate, non febre, & mentis perturbatione. Huic malo, quia post sanguinis missionem è venis sub lingua, hujus ex aqua decoctum, additò quandoque aceti momento, aut exiguo mellis rosacei, succurrit; putabam hanc esse Britannicam; nec ab hac sententia detrahebat Plinius, qui adversus stomachen sive sceloryben præscribit; quod aliud malum esse novi. Hoc enim adstringentibus non curatur, verum calidis & siccis, ut sunt *cochlearia, nasturtium aquaticum, anagalis aquatica, becabunga* similiaque. Confirmabat opinionem, quod stomachaceæ, non sit malum castrense, sed maritimum, cum eo quod *Die Braun* vocat, qui castra sequuntur laborent. Verum cum rectius & acuratus omnia perpendissem, & singula examinasse mutavi sententiam, nec, ut Plinius tradit, credo, ex fontis aquæ potu, milites hoc morbo laborasse, sed ab aère maritimo. Satis constat ex Tacito, exercitum Cæsaris Germanici, dum in Frisiis esset, multum perpeffum esse ab inundatione maris, adeò, uti refert è Tacito, in summo periculo ipse Cæsar fuerit, vixque multo milite Romano submerso effugerit. Fallitur quoque Plinius cum scribit, malum (si modo idem malum fuerit) hoc tolli adstringentibus, immo firmatur eorum usu. Sed ipsam *prunellæ* faciem videamus. Folia huic non sunt *lapatho sylvestri* similia, nec adstringit; sed calida magis, & sicca est, nonnihil abstergens, sapore amaro. *Caules*, inquit *Dodonæus*, *Prunellæ* tenues sunt, quadrangulares, hirsuti, terram versus reclinati: per se etenim consistere nequeunt, folia lata, oblonga, acuminata, *Menthæ amulæ*, sed minoræ, hirsutæ tenuis, asperiuscula, & haud quaquam odorata: in ramulorum fastigijs flores spicati, è cæruleo obscure purpurei, raro albi. Radices tenues in fibras abeunt, multis veluti capillamentis coherentes. Incultis & lapidosis, non raro verò & herbosis *brunella* gignitur locis; veluti secus margines pratorum reperitur, & quandoque in silvis. A Majoriense in autumnu usque cum flore colligi potest. Recentiores *Brunellam* & *Prunellam* appellant: Germani *Braunellen*: Belgæ *Brupnelle*: *Matthioli* *consolidam* minorem, & *solidaginem* minorem. *Ruellius* verò *Bellidem* *consolidam* minorem dici affirmat. Non est quoque *Symphytum petraeum*, ut nonnullis visum: nam nec odorata, nec lignosa est. Utra *Prunella**

Prunella.



nella variat. Reperiuntur & alia genera, uti ex *Phytopance Bauhini* cognoscere licet. Fertur *Brunellam* eadem posse, quæ *bugula*. Iisdem certe in locis provenit. Hanc quoque sic describit *Dodonæus*: *Bugula folia sunt latiuscula, oblonga, majora quam Origani, mollia, ambitu nonnihil incisa, & inferiore parte, in saxosis quidem & apricis, aliquatenus purpurascens: caules quadrangulares, modicè hirsuti, inanes, geminatis exque adverso positis folijs convestiantur, & partim humi decumbentes serpunt; partim verò assurgentes supra dodrantem attolluntur: flores hosce penè folia ambiunt, & fastigium petunt, colore cærulei: radices multis fibris constant. Saxosis, non raro quoque humidioribus, frequentius apricis & apertis, quam opacis locis gignitur: translata ad hortos luxuriat: compluribus regionibus familiaris. Aprili ac posterius cum flore reperiri potest. Inter appellatas *Solidagines*, sive *Consolidas* à recentioribus numeratur: *Consolida media* à quibusdam horum dicitur: Germanis est *Guntzel* / & *Guilde Guntzel*: Belgis *Senegroen* / in groen: officinis nostratibus *bugula*. *Ruellius* *buglum* nominari à *Gallis* refert. *Matthioli* *laurentinam*, & à *Senensibus* *marandolam* dici auctor est. Sunt qui existimèt, *Symphyti* illud genus esse quod à *Dioscorides* *μαρῆον* cognominatur. Verum hi non parum falluntur. *Symphytum* siquidem *petraeum* ramulos tenues habet *Origani* similes, capitula verò veluti *Thymi*, & totum lignosum, & odoratum est. At talis quidem non est *Bugula*, quæ nec lignosa est, nec odorata, & caules promit differentes ab *Origani*, & capitula nequaquam habet *Thymi amulæ*. *Bugulæ* multa quoque recentiores observarunt genera, quæ omnia *Bauhinus* recenset.*

De enantha, abrotano, samfsuco, serpyllo, sisymbrio. Tum qui flores verni, qui aestivi, qui autumnales. Et de viola ac rosae vita. Tum de myrto Aegyptia miri odoris.

Σπειρεται δὲ καὶ ἡ οἰανθή. καὶ γὰρ καὶ τὸ τοῦ αὐθω-
des. τὰ μὲν οὖν ἀκανθικά ἄνεθον ἐν τοῖς καὶ τοῖς
ομοίοις ληπείων. τὰ δὲ ἕτερα, πάντα μὲν ἀνήθῃ καὶ ἀπερ-
μοφορεῖ. δοκῆ δὲ ἐπάνω, καὶ τὸ μὴ φανερόν εἶναι
πᾶν τὸν καρπὸν. ἐπεὶ καὶ τὸ ἀνθῶ ἐνίων, ἀμαυρόν.
ἀλλὰ δὲ καὶ τὸ βραδείως καὶ χαλεπωτέρως ἵππερα-
γίνεσθαι τῆ φυτίως, χρωῶνται μᾶλλον τῶ φυτῶ, ὡς περ
ἐλέγχῃ καὶ κατ' ἐρεχθῆς. καίτοι διακρίνονται πλεονάζοντες
ὅσον ἔχονταν καρπὸν. αὐτοὶ γὰρ ἐξηράναι πιδλάκας, καὶ
δὲ πᾶσι φασί, καὶ ἀπέσειν. ἔδειπε δὲ βλαστῆν, οὐτε
ἐρπυλλον, ἔτε ἐλένιον, ἔτε σισύμβρονον, ἔτε ἴμιθον.
πεπειραδὸν γὰρ καὶ τῶν τῆς, ἀλλ' ὁμῶς ἐκείνο ἀληθι-
στερον. οἱ τε πεπειραδὸν φασκόντες καὶ τῶν εἰσίν. ἡ τε
τῶν ἀρτίων φύσις ἴππεμαρτυρεῖ. καὶ γὰρ ἐρπυλλὸς ἐστὶν
ἀρτίον. ὁν κερμίζοντες ἐκ τῶν ὄρων φυτεύουσι, καὶ ἐν
συκίῳ καὶ ἀθηνῶν ἐκ τῶ Ἰμηθῶ παρ' ἀλλοίους δὲ
ὅλως ἐρη πηλῆρη καὶ ἴπι κατὰ περ ἐν τῆ Θράκη καὶ
σισύμβρονον δὲ καὶ τ' ἀλλὰ δερμυτέραν ἔχοντα τῶν ὄσ-
μῶν ἐρπυλλῶν δὲ εἰσίν καὶ παντῶν θυμάδης. ἰθὺ-
λον ἔν ὅπ πᾶσι τῶν γένεσιν δὲ ἀπέριματῶ λαμβά-
νει. ἀβρότνον δὲ μᾶλλον δὲ ῥίζης καὶ ὄρεα πᾶσι δὲ
βλαστῆν, ἡ δὲ ἀπέριματῶ. χαλεπῶς δὲ καὶ δὲ
σπέρματῶ, ἀπερμιχενὸν ἐν ὄσ ἄρκους. ὡς περ
οἱ ἀδωνίδῶ κήποι. τῶ θέρους δὲ σπείρεται. δύσριγον
γὰρ σφόδρα καὶ ὄλως ἴππηρον. ὅπου καὶ ὅ ἡλιθῶ
σφόδρα λάμψαι. ἐμβώλια δὲ καὶ αὐξήθεν, μέγα καὶ
ἰσχυρὸν καὶ δειρῶδες, ὡς περ τὸ πηρανον. πᾶσι ἐξυλ-
δέστρον πολὺ τῶ τε, καὶ ξηρότρον, καὶ ἀρχιμδέστρον, ὁ
ἴμιαρακῶ, ἀμφοτέρως φύσει, καὶ δὲ ὄρεα πᾶσι
δὲ καὶ δὲ σπέρματῶ. πολὺ σπέρμον ἡ, καὶ τὸ σπέρ-
μα εὐσμον, ὁ σμῆ ἡ μαλακώτερη διώαται ἡ καὶ μετ-
φύσει. πολὺ σπέρμον ἡ καὶ τὸ ἀβρότνον καὶ ὄσ ἄσμον.
τοῦτο ἡ ῥίζης μὲν ἔχει ὄρταξ καὶ κατὰ βήτους. ἐπὶ γὰρ
ὡς περ μοιερρίζον τῆ παρεια. τὰς δὲ ἀλλὰς ἀπ' αὐ-
τῆς. ὁ δὲ ἀμιαρακῶ, καὶ ὁ ἐρπυλλῶ, καὶ τὸ σισύμβρονον,
καὶ τὸ ἐλένιον, ἡ ἴππεπλαιξ καὶ πηλαχίδης καὶ παρῶδες.
ἐξυλῶδες ἡ πᾶσι. πολὺ ἡ μᾶλλον τῶ ἀβρότνον, καὶ καὶ
τὸ μέγαθῶ, καὶ τῶ ξηρότῶ. τῶ ἴππεπλαιξ, ἰθὺ ἡ
αὐξήσας ἡ τῶν βλαστῶν. διώαται γὰρ ἐφ' ὄρον ἐν περῶ-
ναι καὶ μῆκῶ, χάρσακα λαβῶν, ἡ περῶ αἰμασιαν
φυτιώεις, ἡ κατὰ κατῆμεθῶ. ὁ δὲ ἔξεταις δὲ εἰς
φρέαρ. εἶδη ἡ τῶ μὲν ἡμέρου λαβῆν ὄσ ἔσιν, κατὰ περ
ἐλέγχῃ. τῶ δὲ ἀρτίου φασίν εἶναι. τοῦτον γὰρ ἐν τῆς,
ὄρεσι, τὸν μὲν θυμβρωδῆ πινὰ καὶ δερμύταρον, τὸν δὲ
ἀσμον εἶναι καὶ μαλακώτερον. ὡρα δὲ τῆς φυτίως
πλεῖστον μετῶπαρον. ἐπὶ ὅ σπείδουσι ὡς πρῶτα φυ-
τύψι. καὶ μὲν ἀλλ' ἐνια ἑ τῶ ἴππεφυτεύουσι ἅπαντα
φιλόσκια καὶ φίλυδρα, καὶ φιλόκοπρα μάλισα. ἀρχ-
μὸν δὲ δεχεται. καὶ ὄλως ὀλιγυδρότατῶ ὁ ἐρπυλλος.
κόπερ ἡ χαίρει. μαλισα ἡ τῆ τῶν λοφύρων φασὶ
δὲ καὶ μετῶφύσειν δὲ πηλάκας. κατὰ γὰρ. τὸ δὲ
σισύμβρονον, ὡς περ ἐλέγχῃ, ἑ ἕξεται μὴ κατὰ φυ-
τυδέρον. τῶν δὲ αὐθῶν ἡ τῶ μὲν, περῶν ἐκφαινέται
τὸ λευκίον, ὡρα μὲν ὁ ἀπὸ μαλακώτερο, ὁ δὲ τῶς ἑ
χειμῶν ὡρα δὲ σκληροτέρῶ, ὕστερον, ἐνιαχῶ τῶ
ἴππε. ἡ ἄμα ἡ τῶ ἰῶ ἡ μικρότερον πῶ ὕστερον καὶ τὸ φλό-
γρον κατῆμεθῶν τὸ ἀρτίον. τῶντα γὰρ ὄν οἱ σφανα-

Ενανtha quoque femine obferenda est. Nec enim haec excludi à floribus debet. Ergo quae dicata floribus sunt, hisce atque similibus pene intelligi debent. Reliqua & florem & semen omnia ferunt. Quanquam non omnia ferre putantur, quod fructus quorundam haudquaquam manifestus sit. Nam & flos nonnullorum incertior est. Quinetiam quod lentius difficilisque feminata perficiuntur. Planta propterea uti potius consueverunt. Quod vel inter initia propofuimus. Quanquam sunt, qui ea omnia fructu carere asseverent. Saep enim exsiccata tritaque feruisse se inquit, sed nunquam germen erupisse: nec serpylli, neque helenii, neque sisymbrij, neque mentae. Nam hujus quoque periculum se fecisse affirmant. Attamen illud verius est. Neque desunt, qui & haec experti fuerunt, & natura ipse silvestrium plane attestari videtur. Serpylli etenim silvestre etiam genus est, quod deferentes ex montibus ferunt. Sicut apud Sycionem fieri solet, atque etiam Athenis ex monte Hymetto. Apud alios vero, ut in Thracia, montes & plana omnia serpyllo scitent. Sed sisymbrio, reliquisque odor acrior est. Serpyllus apud nonnullos etiam thymum penitus redolet. Constat ergo, quod omnia sui ortus primordium ex femine capiunt. Sed abrotanum radice, aut avulsione potius, quam femine germinat. Semine enim difficulter exit. Et hoc testis antea viriradicis causa intumescit: quemadmodum Adonidis hortulos emoliantur. Seritur aestate. Friget enim vehementissime, atque in totum morbo obnoxium est, etiam ubi sol vehementer illucet. Sed cum convaluerit creveritque, magnum, robustum, atque arboraceum est, quemadmodum ruta. Nisi quod hoc lignosius, & siccius, & squalidius est. Sansucum utroque modo nascitur, videlicet, & femine, & avulsione. Praestat feminis copia, & jucundi odoris semen est, & quidem mollioris odoris. Nec non planta ejus transferri potest. Abrotanum quoque femine abundat, nec sine odore est. Sed id radices rectas altasque agit. Est & veluti unistirps, crassa scilicet illa radice. Reliquis vero de ea exeuntibus spargitur. Quod non sansuco, nec serpyllo, nec sisymbrio, nec helenio datum est. Haec enim in summo terrae adherent, radice multifida torridaque. Radices omnes lignosae sunt. Sed longe magis abrotani, magnitudinis scitatisque causa. Serpyllo peculiaris auctio germen. Quippe cum in quantumvis longitudine procedere valeat, nactum scilicet admiculum, aut juxta sepes aliquas satum. Crescit praecipue in putris. Genera urbana reddere non est, ut retulimus. Agrestis vero posse affirmant. Quendam enim in montibus tum satreiae similem, atque vehementissimum: alium vero gratum odore, mollioremque comperi. Tempus ferendi plurimum autumnus: hoc enim primum ferere nimirum proferant. Ceterum & vere nonnulla feruntur. Omnia autem umbram, aquam, fimumque unice amant. Serpyllum squallorem patitur: atque in totum aquae paucae indigum est. Sed fimo praecipue gaudet, & jumento potissimum. Transferendum quoque id sepius censent. Melius enim sic redditur. Sisymbrium vero & degenerat facile, nisi transferatur, ut dictum est. Florum prima viola alba se ostendit. Nascitur ubi caelum clementius est, etiam non-

debilis est. Silyvestria loca omnia serpyllo scitent, & sisymbrio & reliquis acriori odore praeditis, serpyllum apud nonnullos figurata Thymi est, aut extremis ramulis. quin etiam avulsione baud ita facile: in testis enim, indunt surculos adbucentes matrici, ut postea quam radicem emiserint, transferantur, ut in Adonidis hortis fieri solet. quod si non miserent. samsuchū. singulari constans radice. samsuco. haec enim radice superficaria, multiplexque constant. ramulorum serpylli proprium quoddam est incrementum. Quippe cum quantam volueris longitudinem trahi, accipito pedamentum aliquo, aut si prope sepes plantetur, aut ex loco altiori demissum crescit. maxime vernalium florum.

" λείριον, πολὺ κερταίται πολὺ ἄκτερεται τῶν ἄλλων. μὲν ἢ ταῦ-
 τὰ τῶν περὶ τὸ ἰαρκισσῶ, ἢ τὸ λείριον, ἢ τὸ τῆ βολβῆ κώδιον.
 ἀντιμῶν τῶν ἐμπαλέκασσι γὰρ ἐνιοὶ ἔτετο εἰς τοὺς σεφάνους. Ἰπὶ δὲ
 τῆ τρις ἢ οἰανθῆ, ἢ τὸ μελάριον, ἢ τῶν ἀχρῶν ὅ, τε ἐ-
 λειόχρυσος, ἢ ἀνεμώνης, ἢ λειμωνία καλεῖται, καὶ
 τὸ ξίφιον, ἢ ὑάκινθῶ, ἢ σχεδὸν ἴσσις ἄλλοις κερταί-
 ται τῶν ὀρειῶν, τὸ δὲ ῥόδον ὑπερεῖ, ἢ πλάττων μὲν
 φαίνεται, πρῶτον δὲ ἀπολείπει τῶν ἑαρινῶν. ὀλιγο-
 χρόνιος γὰρ ἢ ἀνθῆσις. ὀλιγοχρόνια γὰρ ἢ ἀχρῶν τὰ
 λοιπὰ, πλεὺν ἢ ὑάκινθῶ, ἢ ἀχρῶν, καὶ τὸ σπαρτῆς
 αὐτῆ ἢ διαμῖνει. ἢ τὸ λυκῶν. ἢ ἐπὶ μάλλον τὸ φλό-
 γιον τὸ δὲ δὴ μελάριον ὡς περ εἴρηται, δὲ ἐνιαυτῶν ἑξα-
 πείας τυγχάνον. ὡς αὐτῶς δὲ ἢ οἰανθῆ. καὶ γὰρ τῆ-
 ρ ἀνθῆσιν μὲν, ἢ πῶδες δὲ τῶν φύσιν, εἰαι τις ἀπο-
 κνήξῃ, ἢ ἀφαίρη τὸ ἀνθῶ, ἢ μὴ εἰ ἀσπερματῶσαι, καὶ
 ὅταν τόπον εὐηλον ἔχει. τὸ δὲ ἀνθῶ βοτρυώδες
 ἢ τὸ λυκῶν. ἢ ἀφάπερ τῶν ἀχρῶν. ταῦτα μὲν ἔν ὡς-
 κηδὲ περ ἀμ-
 πύλῃ τῆς ἀ-
 χρῶν.
 ἢ τῆ.
 " ὡς τῆς.
 ἢ κελὸν ἀν-
 θῶ, ἢ ἄσμον
 δὲ μαινοπύρῃ
 ἢ τὸ λείριον.
 ἢ ἀσμοῦ καὶ
 ὁ ἡμερῶν ὁ-
 σμοῦ ἰυδῆς.
 " ἔα.
 ἢ σμῆλακῶ.
 ἢ ἰαν Βασ.
 " αἰ Βασ.
 ἢ ἀκμήν.
 ἢ ἀσμοα.
 ἢ τῆ καὶ κρι-
 σῶ πνα.

dum hyeme exacta : ubi vero immitius , postea.
 Vere nonnunquam cum viola alba , aut paulo post
 lilium exit. " Et quæ viola flammea vocatur, sylvestris
 duntaxat Hæc cateris omnibus , quibus coronarii
 utuntur, longe præcurrunt. † Post hæc narcissus, &
 lirim excunt. Ad hæc bulbi flos. Quidam enim
 coronis hunc etiam inserunt. Sequitur vitiflora, &
 nigra viola , & è sylvestribus aurelia, & genus fre-
 mi, quod limonium vocant, & † pugio, & hyacin-
 thus : & quibuscunque ferè aliis montanis utuntur.
 Rosa serior hifce est. Et novissima quidem erumpit:
 prima autem inter vernos definit flores. Parum enim
 temporis † durat ejus proventus. Nam & reliqua in
 sylvestrium genere parum durant; excepta hyacin-
 tho, tam sylvestri, quam urbana. Hæc enim plurimum
 durat. Adde violam albam, atque etiam magis flam-
 meam. Nigra (ut dictum est) " per annum durat, si
 cultus adhibeatur. Eodem modò † vitiflora. Nam ea
 quoque addicta floribus est, naturaque † herbacea
 constat. Si florem " atteras, auferasque, nec semine-
 cere sinas, nec solum desit apricum, durare plurimum
 potest. Flos specie constat racemi, candidusque est,
 ut labruscæ. Hæc igitur verna potius esse videntur.
 † Æstiva autem, lucernula, Iovis flos, cerinthus, iphy-
 um, sanficum phrygium. Item quod desiderium vo-
 cant. Cujus genera duo sunt. Vnum cui flos hyacin-
 tho similis : alterum decolor, album, † quo in sepul-
 chris uti mos est. Et diuturnius verò id ipsum est. Flo-
 ret & " consecratrix æstate, & † lanaria dicta. Flos
 aspectu pulcher, sed caret odore. Lirii alterū genus,
 & crocum tam montanum, quod exors odoris est,
 † quam fativum, autumno florere incipiunt. Statim
 enim primis imbribus florent. " Quin & sylvestrium
 genere spinæ acutæ fructu, & ederæ ciliciæ flore u-
 tuntur. Temporum quidem ratione, ordinem hunc
 singulorum ortus fortiri animadversum est. Sed quo-
 ad plenius dici liceat, nullum intermittitur tempus,
 nec ipsa hyems flore vidua est. Sed hæc etiam, quan-
 quam gelu infœcunda apparet, flosculos tamen ha-
 bet, scilicet autumnalibus prorogatis. Quod si hy-
 bernalis tempus clementius fuerit, longè magis ita
 accommodatum protrahi potest, & si loca aprica
 sint, magis id evenit. Ex quo fit, ut perpetua florum
 continuatio fiat. Tempora hæc generationum notan-
 tur. Vita violæ albæ anni maximè tres, Senescens
 diminuitur, candidioresque assidue flores fert. Rosæ
 quinquennium, ad vigorem scilicet, non adusta, ne-
 que recisæ. Sed ejus quoque flores senescentis dete-
 riores redduntur. Ad jucundum autem odorem, &
 rosarum, & violarum, & reliquorum florum, solum
 cælumque singulis accommodatum, plurimum con-
 fert. Nam in Ægypto cætera quidem omnia sine o-
 dore floreque, etiam aromata dicta sentiuntur. Myr-
 ti verò mirum in modum odoratæ affurgunt. Prove-
 nire ante hæc nostra, & rosas, & violas, & reliquos
 flores tractus illius, etiam binis mensibus, plusque du-
 rare, haud hoc breviori tempore ajunt. Videtur &
 annus, (ut diximus) ad odorem bonum conferre. Cum
 scilicet talis, aut talis inceserit. Non imbrum sicci-
 tatumque tantum ratione, sed etiam quum tempus
 certum, & aquæ, & flatus, & in totum cæli cōmodæ
 mutationes accessere. In montibus autem (ut simpli-
 citer dicam) & rosæ, & violæ, & reliqui omnes flores.
 odore longe deteriores prodeunt. Et eorum quidem
 quibus in coronis utuntur, & in totum suffruticei ge-
 neris historia, hifce, similibusque est tradenda.

lilium exit
 purpureum,
 postea flam-
 mea viola,
 quæ voca-
 tur sylve-
 stris.
 † post hæc
 narcissus, &
 lilium (al-
 bum) exeit,
 & ex tribus
 generibus,
 quod mon-
 tanum vo-
 catur, ad
 hæc bulbi e-
 riophori, id
 est laniferi
 flos.
 † ananthe.
 heliobry-
 sos & genus
 anemones.
 † gladiolus.
 † ejus flos
 durat, nam
 & reliquo-
 rum in syl-
 vestrium
 genere flo-
 res parum
 durant.
 " cuncto an-
 ni tempore
 floret.
 † ananthe.
 † odorata.
 " decerpas.
 † æstiva au-
 tem lychnis
 Iovis flos,
 cerinthus
 iphium,
 sampsuchū,
 quod phry-
 gium voca-
 tur.
 † ad sepul-
 chra ornan-
 da anirū.
 struthium
 dictum.
 † quam fa-
 tivum, quod
 odoratū est
 autumno.
 † quin &
 ex.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Τὰ ῥιζὸν ὀν ἀνθυθιγὰ. Lege, ἀνθυθιγὰ. Χαλιπτωτέρως ὡς ζῖνον ἢ φυτεία. Separa sic, τῆ ἢ φυτεία ζῖνον ἢ ῥιζὸν, ut ὡς ζῖνον referatur ad feminationem.

Ἀθλοσ. Sic legit Theodorus. Δῆλον ὅτι ὅτι πᾶσι τῶν ζῖνον δὴ ἀπὸ ῥιζῶν λαμβάνεται, ἀπὸ ῥιζῶν δὴ ῥιζῶν, & ὡς ζῖνον ἢ δὴ ἀπὸ ῥιζῶν βλαστῶν, χαλιπτῶς ἢ δὴ ἀπὸ ῥιζῶν. Quæ sententia convenit cum iis, quæ alibi dixit; quæ semen ferunt, ex eo semine generare posse. Atque hæc est major propositio demonstrationis, qua concludat adversus eos, qui dicebant ἔσθαι, & δὴ ἀπὸ ῥιζῶν. Cæterum cum doceat, minus δὴ ἀπὸ ῥιζῶν provenire: quare subdat, χαλιπτῶς ἢ δὴ ἀπὸ ῥιζῶν? Itaque sic lego χαλιπτῶς ἢ ἀπὸ δὴ ὡς ζῖνον, ἀλλὰ ὡς ζῖνον ἢ δὴ ῥιζῶν. Melius igitur avulsionem, quam semine: quin etiam avulsionem, haud ita facile. Declarat difficultatis rationem: quia in testas indunt surculos adhuc hærentes matri, ut postea quam radicem emiserint, transferantur. Hoc est, ὡς ζῖνον: id quod etiam fit in moro. Nescio quomodo Theodorus semen in testas mitat, ut fiat viviradix. Fiet enim planta potius. At ejus verba sunt hæc. Semine enim difficulter exit: hoc testis antea viviradicis causa intimati. Audis etiam verbum, intimare. & mox, Adonidis hortulos emoluntur. Nihil molimur quod molem non fit habiturum. Quare Adonidis hortis minimè convenit: minus igitur etiam hortulis. τῶν ζῖνον, adde ῥιζῶν.

Ἐμβόσσαν. Theodorus, cum convalescit. Quia dixerat, ἐπιπροσθησῶν. Quod si non interierit: si ea incommoda viderit, & fuerit superflua.

Ἐπι πολλὰς, ἢ πολλοῦχίδας. Lege, ἐπιπολλὰς. Id est,

superficiarias: quia dixerat ὡς βλάδων παρρησίδας. Theodorus torridas. παρρησίδας, sunt fiscellæ, & cystæ. Dices igitur, perplexa: si non fit mendum.

Ἐπιπροσθησῶν. Exquisitus. At Theodorus legit, ἐπιπροσθησῶν, rectè. Corrige in codice Theodori, Saturejatium, non Saturejatium, θυμβροδόν.

Φιλοξία, Theodorus φιλοξία.

Ἐξίστασθαι. Corrige: ubi est, ἐξίστασθαι. Exire è specie, abistere. Theodorus rectè, degenerare.

Τῶν ἢ ἀνθῶν. Hinc secabo aliud caput. Florum namque tractat tempora. Lege τὸ ῥιζὸν ὡς ζῖνον, non autem τῶν. Item ἄμα ἢ τῶν ἢ, ἢ μικρῶν ἢ ῥιζῶν, τὸ ἡλίπρον, & τὸ φλόγιον, Theodorus non ἡλίπρον, sed κρόνον, legit, malè. Serò enim faret lilium. Sanè post rosam: aut quemadmodum censet Plinius, medio ejus proventu. Senecio ineunte vere: unde & nomen.

Ὁ τάρκιος, ἢ τὸ λείριον. Quia duæ sunt species: ut mox, quas cum nondum declaravit, & supra uni utrumque nomen attribuerit: facit hic nos ad dubitandum attentiores. Supra enim dicebat: ὃ δὲ τάρκιος, ἢ τὸ λείριον. οἱ μὲν γὰρ τῶν, οἱ δὲ τῶν κρόνον. Theodorus quoque hic cō-junctum legit. καὶ, non autem ἢ. Notabis etiam βολβῆ κρόνον, quia folliculaceus est. Theodorus, flos.

Sic lego. Τῆ ὅσφι κρόνον ἂσσομο δὲ. μεταπείρου ἢ τὸ λείριον, τὸ ἢπρον. Item ὅτι ὁρείνος ἂσσομο.

Τῶ τῆς μάλακ. Lege σμίλακ. & animadvertes oxyacanthi quoque fructu ad coronas usos esse veteres.

Item, τὰ ὡς τῶν ἀκμῶν, μὴ ἐπιπροσθησῶν, δηλοσῶν. Et illa sic. τὰ ῥιζὸν πᾶσι ἀλλὰ ἂσσομα, ἢ ἀνυθῶν. Et infra, ἢ τῆ ἢ κροσῶν πᾶσι ζῖνον.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Ὁ ἀνθῶν. Quæ de hac voce circa finem libri quinti dicta sunt, ne nauseam lectori moveam, non repetam. οἱ ἀνθῶν dictam volunt, ἔτι τῆ ὄνιζ & ἄνθος, vino & flore, quasi flos vinosus, quod odore, & quadantenus colore, fit viti similis. Plinius lib. 21. cap. 11, ubi de vernis agit floribus, & qui ex iis maximè durent, Ecateris, inquit, hyacinthus maximè durat, & viola alba, & ananthe, sed hæc ita, si divulsa crebro prohibeatur in semen abire. Nasctur locus tepidis, odor idem ei, qui germinantibus ubi, atque inde nomen. Malunt alii sic dictam, quod viti similem florem ferat, vel quod cum vite floreat, & hinc fortassis, doctissimus Gaza ὑστifloram interpretatus est. Quod etymon minus placet, quod Theophrastus hoc ipso capite, inter vernos flores eam recenset. Vitis verò serius, estate, scilicet Iunio, Julioque mensibus floret. De œnanthe hæc tradit Theophrastus, quod semine feri debeat, quodque à floribus excludi nequeat, vereque florem producat racematum album, uti labruscæ seu vitis sylvestris; cultus verò si adhibeatur omni anni tempore floreat. Rectè magnus Scaliger pro ἀνθυθιγὰ, ἀνθυθιγὰ restituit. Spinofa quippe, non est œnanthe, nec inter eas relata à Theophrasto. Quidam Botanici œnāthen Theophrasti, à Dioscoridis œnanthe diversam esse tradunt. De œnanthe Dioscorides lib. 3. c. 135. hæc tradit. Οἰανθή, οἱ ἢ λευκανθῶν (hæc non legūtur in Aldino codice nisi inter notha) κροσῶσσι, τὰ ῥιζὸν φύλλα ἔχει ὡς τῆς στυφιλῶν. ἄνθη ἢ λείριον, ἢ κροσῶσσι, ἀσσημεμῶν. καρπὸν ἢ ὡς πρὸς ἀστράγαλόν. ῥιζῶν μεγάλων, κεφαλῶν ἔχεισαν πολλοῖσιν, ἔσθαι ῥιζῶν, φῦτον ἢ πῆρεως &c. Oenanthe, alii leucanthon nominant, folia edit pastinacæ: flores candidos, caulem crassum, palmi altitudine: semen atriplicis: radicem denique magnam, in multa rotunda capitula extuberantem, nascitur in petris. Dioscorides folia pastinacæ habere scribit, Theophrastus qualia sint, non exprimit, sed ex eodem colligitur foliis præditam parvis, lignosisq; caulibus. Inter suffrutices quippe numerat; sed & pastinacæ folia particularia haud magna sunt. Inde ergo nihil concludi potest, Leucanthon ab albis dicitur floribus. De œnanthe hæc Plinius lib. 21. cap. 24. Oenanthe herba nascitur in petris, folio pastinacæ, radice magna, numerosa. Dioscorides non dixit radicem numerosam, sed magnam esse, & in numerosa rotunda capitula extuberare. Sunt qui filipendulam œnanthem esse existimant; negant alii. Sed præstat descriptionem & differentias dare, & deinde iudicium ferre. Filipendula, à numerosis & rotundis in radice glandibus, quæ velut ex filo quodam pendere videntur, nomen habet. Ea multos dodrantales à radicis capite cauliculos promit, admodum tenues, utrumque ex intervallo brevi, semiuncia longioribus, & ferræ in-

Filipendula.



star divisis, foliis alatis, sine peciolo, pediculo adnatis in summis pediculis. Postremum foliorum veluti in tria dividitur, ita ut duo ad utrumque latus inclinent, medium verò rectè promineat. Omnibus autem foliorum intervallis, veluti parvula foliorum rudimenta immixta sunt. caules. Pro folii ratione plures, vel pauciores profert, non rarò singularem, cubitalem, interdum majorem, junceæ gracilitatis, rotundum, durum, modicè rubentem, & minime

nimè profundè striatum, geniculis longo intervallo præcinctum. E geniculis singula prodeunt folia, supra dictis similia, ex segmentis compluribus, longiusculis, & ambitu ferratis composita, veluti potentillæ five argentinæ; duriora tamen, nigriora, saturatius virentia, minora tenuiusque divisa, juxta exortum latiusculis duabus lacinis utrimque caulem amplectentia. Flores medio vere in summis profert caulibus, corymbi figura asservatos, qui antequam aperiantur in ruffo candicant. Totus deinde corymbus in plures graciles, & inæquali longitudine furculos dividitur, floribus parvis, candidis, ex sex septemque, ut plurimum, foliolis, tenuiter odoratis, instar radiantis stellæ staminibus, in medio concoloribus, plenos. Florum foliolis delabentibus, semen remanet parvum, oblongum, gracile, copiosum, squamosum, in rotundum capitulum coactum, veluti reginæ prati, five, ut vulgo vocatur, ulmarie; sed non ut illius involutum. In omnibus furculorum majoribus sinibus, & evidentioribus furcis singularis est flos, & postea seminibus constans capitulum sine pediculo, relatu digno, alarum cavis annexum. Radicem habet in superficie terræ minimi digiti crassitudine, oblongam, à qua undique exeunt graciles, teretesque fibræ; in quarum extremitate singulæ plerumque veluti candelæ glandulæ, instar pœoniæ fœminæ, aut asphodeli, substantia carnosæ. Foris color est niger, intus verò in cædido modico ruffus. Tota herba diversis constat qualitatibus: partim enim adstringit, partim tenuem quandam saporem, & veluti vinosum palato imprimi, caput odore etiam, cum gustatur, tentantem. Flores inter optimum mel, vinum, & pœoniam, medium habent odorem, non injucundum, ulmarie floribus omninò similem, cui tota etiam æqualis est temperamento. In asperis, aridis, ac petrosis apud Germanos, ac Britannos humilior exit; in hortis luxuriat, ac altius attollitur. Junio ac Julio in flore est, succedente mox semine. Vulgo filipendula, ac philipendula: à Nicolao Mirepo sect. 1. art. 40. *φιλίππεδα* appellatur: Germanis *Kostersteinbrech*. I. Saxifraga rubra, item & *Wildgarben*. i. e. Millefolium silvestre, Italis ac Hispanis nec non Gallis *filipendula*. Præter hanc verò, & aliam quandam filipendulam in altorum montium jugis reperiri Lobelius refert, caute dodrantali, rotundo, nonnihil striato, floribus in cacumine albicantibus, cuculli aut gabericali forma, foliis filipendulæ minoribus: cujus radices oblongæ, glandulosæ, quæ non ex fibris, sed cauli proximæ adhærent. Describit autem à Clariss. C. Clusio hæc eadem, sed non filipendulæ, verum Alektorolophi Alpina nomine, in præaltis Pannoniæ montibus à se reperta. Matthiolus & alii depingit, quas appellat Oenanthes; quarum una vel Bulbo-castanon, vel ei proxima, reliquæ ad Sij genus referendæ, quod Iuncum odoratum scripsimus appellari, & pro loci ratione non exiguum formam commutare. Filipendulæ hæc recentiores observarunt genera I. Oenanthe apii folio. II. Oenanthe pastinacæ Sij folio semine à triplicis. III. Oenanthe chærephilli foliis. IV. Oenanthe aquatica. Iuncum odoratum aquatilis Dodonæi, differentie ratione, magnitudinis & parvitatibus multæ reperiuntur. Sic aliquando bulbuli carens, quemadmodum Dodonæus pingit, & Lobelius duas alias icones subjungit. Sic apud Monspelenses, capitulo est majore, per omnia hispidiore: apud nos minore, nec hispido. V. Oenanthe hederæ foliis. VI. Oenanthe prolifera Apula. VII. Filipendula vulgaris. VIII. Filipendula minor in prod. descripta. IX. Filipendula montana flore pediculariæ. X. Filipendula montana altera, floribus est modò pallidis, modò purpureis. Dixi Botanico- alios negare, filipendulam esse œnanthem. Illi id his moti rationibus probant, quod nusquam eam invenerint, magna præditam radice, quæ rotundis extuberet capitibus, quod semen non ferat atriplicis, quod denique non in petris, sed in pratis, & læto ubique solo proveniat. Ad hæc alii his ferè verbis respondent: radix non est altè, sed latè sparsa & ampla, è pendulis fibris multis, pilularum cyperi, pœoniæ, aut asphodeli modo. Quæ perbellè quadrant Dioscoridis effigiei. Nam *μεγάλην ῥίζαν, radicem amplam, magnam, fusamque*, ex rei cognitione & aliorum locorum collatione interpretantur. *Καυλὸν παχὺν caulem crassum*, sanè habet pro altitudine sui quam palmarem facit; cujusmodi est hæc nostra, nonnullis glariosis, montosis locis demum κεφαλαίς ἔχουσα πολέσιον, εὐρησθῆναι capita plura rotunda habens, cujusmodi planè hæc sunt, &c. Negari non potest, (quamquam viri maximi contrarium scribant) caulem pro magnitudine satis tenuem & gracilem esse: tenuior est ipso

aniso, anethoque, multo tamen durior & quandoque bipedalis. Semen aliquo modo atriplici comparari potest; squamosum enim & in rotundum coactum capitulum. Radix quæ nigricans, salvo meliori judicio, haud commodè cum descriptione convenit; fibras hinc inde spargit, quæ in rotundos nodulos extuberant, instar asphodeli, aut pœoniæ fœminæ, sed his minores. Non video quomodo hæc radix magna dici possit, aut extuberans, nisi quis velit magnam cum omnibus nodulis dici. Extuberans neutiquam dici potest. Extuberant anemonis, symphyti tuberosi, bulbocastani, & similia radices, cum quibus similitudinem nullam filipendula habet, nisi quatenus sit radix, nec nodulis, five globulis, qualis in filipendula, observantur. κεφαλαίς vocat Dioscorides, sed *κεφαλαίς*, vel *βελάνοις* comparat. Sic lib. 3. cap. 157. ubi de pœoniæ agit fœminæ radicibus, *ἐπι τῆς θηλείας, ἀφ' ἧς ἴσθ' ἄσπερον βελάνοις ἔχουσα ἢ ἡ ἄσπερον ἀσφάδελον*. Idem lib. 2. cap. 110. 109. *ῥίζαν ἢ ἴσθ' ἄσπερον ἰσχυρήν, εὐρησθῆναι βελάνοις ἔχουσαν* &c. Vide cap de cypero, item vide cap de chelidonio minore, quæ nodulos pendulos, ut filipendula, habent. Attende ad anemonis, aliasque tuberosas radices, & fer ex æquo judicium. Vulgaris ergo filipendula non ut œnanthe depingunt, quorum opinionem improbant adversariorum Auctores, quod bulbocastani radix tuberculis non emineat, nisi sit admodum vetus & antiqua, uti rotunda aristolochia. Ponamus ita rem habere, quis asserere aufit, utrum Dioscorides antiqui ac vetusti bulbocastani radicem descripserit, an verò recentis; & nuper è semine nati? Sed non est valdè vetusta, quando radix incipit esse tuberosa. vidi anniculi radicis tuberosas. Bulbocastani folia sunt tunica, dissecta, atque divisa, apii tenuiora ac minora, Crithmi, aut potius Anethi, similia, cauliculus tenuis & dodrantalis, flosculi parvi, in umbellis candicantes, semen non magnum, oblongum, angustius quam fœniculi, odoratum, obsoleto cymini colore nigricans. radix rotunda, exigui rapi forma, foris nigra, & ubi inaruerit rugosa, intus pulpa candida, sapore inter castaneam & pastinacam medio. In arvis & agris nonnullis Zelandiæ ac Hollandiæ Bulbocastanon reperitur. Item & in Græciâ, Chio, & Rhodo, auctore Guilandino. Fertur in Britannia, five Anglia provenire. Nec destituitur eo quoque Germania, si non fallimur. Nam radices quas ad Renum Moguntinæ in arvis & hortis inveniri Lonicerus tradit. Bulbocastani sunt, non autem, ut ipse opinatur, Orinthogali. Scribit autem has esse rotundas, Castanearum magnitudine, pullo extrinsecus cortice, intus carne candida, gustu dulci, crudas coctasque in aqua edi: cauliculum esse singularem, tenerum, ab imo nudum, folia cymini, flores in umbellis veluti anethi: quale Bulbocastanum non esse, jam diximus. Vigent Bulbocastani flores Junio: semen postea ad perfectionem venit. Βολβοκαστάνων nomen accepit à radice bulbosa, castaneæ quadam facie. Primus βολβοκαστάνων meminit Trallianus lib. 7. cap. 11. *Εἰ ἢ κρημῶν σι φάινεται, τῆς καυτῆς ἢ βολβοκαστάνων, ἢ ἰσθ' ἄσπερον ἢ σιμδαίως*. Interpres βολβοκαστάνων pro βολβοκαστάνων legit. Vertit quippe; *sin autem purus tibi appareat, tunc ex glandibus quoque castaneæ, ἢ libum suminale, aut halica indeitur*. Vocem, inquit Ioannes Guinterus, in animadversionibus ad Trallianum, hanc depravatam fuisse à descriptoribus, vel ex eo intelligi potest, quod castaneæ neque ex bulborum genere sint, neque bulbis simile quicquam habeant. Ex glandium enim genere sunt. Ex quo conjicio, veterem scripturam fuisse βολβοκαστάνων. Nos antiquam servamus lectionem, partim quod βολβοκαστάνων æque barbarum sit, ac βολβοκαστάνων: partim, quod planta reperta sit, cujus bulbosa radix, castaneam mentiatur. Cæterum, utrum bulbocastanon sit œnanthe veterum, asserere non aufim, licet radicē *ῥίζαν μετρίαν, κεφαλαίς ἔχουσαν πολέσιον* habeat. Cauliculum quippe non habet valde crassum, crassiore tamen, quam filipendula. Sed & semen fœniculo, cuminoque similius quam anetho. Sed nec œnanthe stellam Cretica ab Alpino delineata, satis cum delineatione Dioscoridis convenit. κεφαλαίς enim non est, sed *ποῦ ῥίζαν*. Etenim sex, septemve radicibus nititur, longis, crassis, carnosis; cum Dioscorides scribat, magnam habere radicem, pluribus donatam capitibus. Sed præstat ipsum audire Alpinum: *Planta olim mihi ex Creticis seminibus nata est. Oenanthe altera Mattheoli quam simillima, post multos annos caulem unicum promit rectum, rotundum, dodrantalem, non admodum crassum; qui in summitate in quinque ramulos dividitur, graciles itidem rectos, recteque actos, qui umbellam albam Oenanthes modo produciunt, quæ umbelle post flores mutantur, veluti in quinque stellas, habentes octo, & quandoque plures radios, longos, lato,*

Oenanthe Cretica Alpini,



latos, acutos, scilicet in acutum desinentes, & in medio sunt flores parvuli in orbem comprehensi, qui postea indurescunt, & mutantur in semina parva, oblonga, tenuia, scabiose Indicae similia, simul compacta, & durissima; atq; ea stellae maturitate nigrae redduntur, folia cernuntur cujusmodi sunt oenantes secundae, sed pauciora, & majora in vere visuntur, & aestate maturis seminibus decidunt, & tota hyeme sub terra latent, vereque planta regerminat. Tota planta nititur sex septemve radicibus longis, crassis, carnosis, in acutum desinentibus, ab eodem principio proficiscentibus, quam proximus vulgari filipendulae, aut radicibus asphodeli, sed minoribus tamen. Capita in summitate cauliculorum primo colore virescunt cum nigrore, & tandem ubi semina perfecta fuerint, nigra evadunt & lignosa, & dura. Auderem affirmare, hanc plantam esse legitimam Oenanthem, cuius notas Dioscorides perbellè ita expressit, dicens; Oenanthe folia habet pastinacæ, florem candidum, caulem crassum, palmi altitudine, semen atriplicis, radicem magnam, in multa rotunda capitula extuberantem. Nascitur in petris: caulis ejus, & folia cum mulso vino pota secundas ejiciunt. Radix è vino urinae stillicidio covenit. Hæc ob rationes allatas dici nequit oenathe veterum. Cæterum qui oenanthem Theophrasti ac Dioscoridis diversas faciunt plantas, ii lilium convallium Theophrasti oenanthem statuunt. Dioscoridi, inquit, radix non est numerosa, sed in numerosa rotunda capitula extuberat. Alia est oenanthem coronaria Theophrasti, supra memorata cap. II. flore albo, radice labruscæ simili. Observandum, oenanthem significare nunc herbam hic descriptam, nunc coronarium florem modò memoratum, quem lilium convallium esse putamus, nunc labruscæ florem. Hæc nobis non placet opinio; quod oenanthem florem, dum viret inodorum esse tradat Theophrastus. Liliæ verò convalli flos suaviter spiret, suaveolentiam exsiccaturæ nullam habeat. Idem præterea Theophrastus refert oenanthem, si flos decerpatur, auferaturque, omni anni tempore novum promere florem; quod frustra in lilio observabis convallio. Contra filipendula vulgaris sæpius novos promit flores, si prior decerpis fuerit; eadem omnes notas habet, quas de oenanthem tradidit Theophrastus. Floret vere Majo mense, inter

Bulbocastanon.



suffrutices numerari debet, flos non valdè viti sylvestri dissimilis, verum minùs racemosus, viridis recentique odoratus quidem, sed siccatus odoratior; ex semine etiam provenit, quod hæcenus de lilio nondum vidi convallio. Nolo tamen negare non ex semine nasci, uti nec velim asserere filipendulam oenanthem esse.

Παργυρισθαι τῆ φυτόα ζῶνται. Magnus Scaliger legit, Παργυρισθαι, τῆ ἰ φυτόα ζῶνται μᾶλλον, ut Παργυρισθαι referatur ad seminationem. Nobis Theodori placet lectio, Παργυρισθαι τῆ ἀερματισμῶ. Διὸ ζῶνται μᾶλλον τῆ φυτόα. Rationem reddit, cur præstet ferere plantam, quam semine; I. Quod semen quandoque adeò exile sit, ut conspici nequeat. II. Quod flos debilis quorundam sit, ad semen bonum, fationi idoneum generandum, ineptus. III. Quod plantæ è semine tardius & difficilius assurgant perficianturque. Cæterum toto hoc capite agit Theophrastus de plantis coronariis; verum parte priore de earum satu, posteriore de florendi tempore, id est quo anni tempore florent. τῆ ἰ ἔτιον, inquit, πάντα μὲν ἀνθῶν, ἢ σπερμοφορῶν. Reliqua & florent, & semen ferunt. An itaque quædam semen floremque non ferunt. Florent omnes coronariæ, sed utrum omnium flos coronis aptus dubitare quis possit. Semen non videtur ferre crocus. Ideò enim dixit, feri radicis bulbo. Semine caret, quod flos ad alios decerpatur usus, eaque ratione plantæ prohibeatur semen ferre. Ex iis etiam quas hoc capite recenset, quædam semen ferre negat. Id duobus probat argumentis; quod fructus in quibusdam haud manifestus sit, tum etiam quod semine terræ commisso nova non generetur planta. Primum argumentum nullius pretii. Supra cap. 2. thymi semen adeò exiguum dixit, ut conspici nequeat; at tamen satò, plantam enasci. Alterum argumentum serpylli probat exemplo, & ex aliorum relatu negat hoc ex semine nasci. Contrarium docet Palladius in Martio Tit. 9. Nunc etiam serpyllum feritur plantis & semine, sed vetustate meliori. Quod si Palladius non satis gravis auctor, alium dabo, cujus auctoritati refragari nequeas. Is est Columella, qui lib. 11 cap. 3. hæc tradit. Thymum & transmarina cunila & serpyllum, sicut priore libro jam retuli, magis alvearia curantibus, quam olitoribus studiosè conse-

conferuntur, sed nos, ea condimentorum causa (nam sunt quibusdam esculentis aptissima) non alienum putamus in hortis etiam habere locum, neque pinguem, neque stercoratum, sed apricum desiderant, ut quae macerrimo solo per se maritimis plerumque regionibus nascuntur, haec scribere, tres) & semine, & plantis circa aequinoctium vernalium feruntur &c. Sed quorsum testes Columellam & Palladium voco? Ipse Theophrastus libro undecimo historiaram, capite primo, mentham & silymbrium ex semine nasci docet. Et mentham ex semine nasci docet experientia: silymbrium vero Geoponicarum auctor, ex semine provenire tradit, libro duodecimo, capite trigesimo quinto, ubi de silymbrio agit, & c. Scribitur & plantatur, verum a semine tertio anno fructum dabit.

Ελένιον. Helenium ex lachrymis Helenae natum scribunt Plinius & Ptolomaeus Hephestion. Περι της ηλενίου βοτανης, η ερ' εδω φησιν, οτι τε δατη Ελενης επανομασθη. & δε γδ τω δρον αβδη φυσια αφ' ης ιωντω απηξεν. De helenio herba, quae in Rhodo nascitur, ab Helena nomen hoc sumpsisse: visum enim ad eandem nasci quercum, ex qua se Helena strangulavit. Plinius libro vigesimo primo, capite decimo: Helenium e lachrymis Helenae dicitur natum, & idem in Helena insula laudatissimum. Eodem libro vigesimo primo: Helenium ab Helena, ut diximus, natum, faveae creditur formae: cutem mulierum in facie reliquoque corpore nutrire incorruptam. Praeterea putant usu ejus quandam gratiam iis, Veneremque concitari. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem potae in vino, cumque quem habuerit nepenthes illud predicatum ab Homero, quo tristitia omnes abolentur. Ex Helenae lachrymis natum scribit, nempe dum gubernatorem Canopum Haemorrhoi serpentis ictu exanimatum flevisset, quae historiola apud Nicandrum in Theriacis legitur.

Ενθ' αυτ' αλλ' ενοση Ελενη εκ γεραμασ
Αυτικ' αρ' εις ονον βαλε φαρμακα ενθεν επνον
Νηπενθησ τ' αχυλον τε, κακων Ιπτιληθον απαντων,
Ος το καταβροχθεν επην κρητηρα μυγειη,
Ουκ αν εφημηρος γε βαλοι κατα δακρυ παρειων.

Tum flore nata (Helena) hic meditata est pharmaca potu,
Ac subito injectis medicamina rara Lyaeo
Vnde bibunt proceres nepenthes incluta succo
Gramina, quae irarum sive omnis cladis, & omnis
Vsq; mali herbarum ducunt obliviam potu.
Haec si mixta scyphis aliquis praesumpserit, ille
Luce illa nunquam lachrymas effundet abortas

Sed haec fabula legitur & apud Phavorinum. Ελενιον, βοτανη, η ερ' Αλεξανδρεια γενομενη. ειρηται οτι εκ τω δακρυον της Ηλενης ανηρη. οτι επι καιρω τω κυβερνητη Μενελαο ελακροσεν, κατα αμαροσιδων δασηνορον. Helenium herba Alexandriae nata, dicitur orta ex lachrymis Helenae. Cum Menelaus doloferet gubernatorem Canobum, ab hemorrha serpente occisum Homeri locus, quae citat Plinius, extat Odyss. 8. Ελενιον dicitur, vel quasi ελεν τον παλυστρικσ οιολα, vel, quod multo verisimilius, a forma & facultate qua pollet, & δε το πολυλεσ ελεν τω κρητι; quod multos allicit pulchritudine sua, vel, ut Plinius ait, quod formae faveat, mulierumque cutem in facie incorruptam nutriat, quo fit ut pulchriores videantur, & adamentur, aliosq; in sui amorem allicitant. Malunt alii, Helenium vocari, quod ab Helena adversus serpentum ictus inventum sit. Alii ab Helena insula, ubi longè optimum luxuriat. Helenium aliud est majus, aliud minus. De majore non agit Theophrastus, huic enim folia magna; de hac libro nono, capite de panace agam. Helenium minus, sive Theophrasti suffrutex est, uti supra lib. hoc eodem, capite primo tradidit. Idem Theophrastus lib. 9. de caus. cap. 15. helenium foliis & ramis odoratis esse scribit, utrum ex semine non nascatur me fugit. Alias hujus Helenii notas tradit Plinius loco citato, ubi ait: Est autem frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis, foliis simili serpyllo. Luculentius a Dioscoride describitur libro primo, capite vigesimo septimo. Ελενιον αλλο ισηρει Κορασλασ γενεσθαι εν Αιγυπτω. πασ δε ιση κλωνασ ιχασσε πηχυαυτοσ, επι γης ιρημιμδησ εσπε το ισηπυλον. Φυλα τοισ τω φακωσ ομοια, μακροστεροσ δε και πολλωσ ωρι τοισ κλωνιοισ. ριζαν σαρκα. (quidam addit και μακροσ) παχυσ δακτυλου μικροσ, και τω ησ λιπυλασ ανωθεν δε παχυστεροσ, φλοιοσ ιχουσαν μελανασ. Φυται δε εν ωρυζαλαοσ τοισ και γεωλοφοισ Helenii genus alterum in Aegypto gigni Crataevas memorat. Herba

verò est ramis cubitalibus, serpylli modo humi se spargentibus, foliis lenticulae proximis, sed longioribus numerosisque circa ramulos: radice pallida (addit alter codex magna) digiti minimi crassitudine, ac per ima quidem tenui, supernè verò crassiore, nigro vestita cortice. Nascitur locis maritimis & tumulosis. Dioscorides Helenium alterum, sive minus ait esse ramulis cubitalibus: dodrantalibus Plinius. Folia idem lenticulae comparat, Plinius serpyllo. Pro μακροστεροσ Anguillara μικροστεροσ legit. Credo, quod folia Plinius serpyllo similia faciat. Huic folia rutae oblongiora. Comparatio itaque non valde dissimilis. Idem Anguillara, nescio qua auctoritate, pro ανωθεν δε παχυστεροσ, legit ανωθεν δε σπλαγχνεροσ. Extra omnem controversiam est, radices parte superiore, quam inferiore crassiores esse. Quae de natali solo tradit Dioscorides, ea in Cartevæ codice desiderari, auctor est Anguillara. Nunc videamus, an à recentioribus reperta sit planta, quae cum helenio hoc conveniat. Nonnulli Onobrychin Dodonaei alteram, Helenium minus esse scribunt. Sæpius nobis ex semine nata fuit hæc planta. Aspectu pulcherrima est, Helenium tamen esse nego; quod omni careat odore, sed prior Dodonaei onobrychinis melius cum helenii convenit historia. Huic folia galegae similia, sive lentis longiora, alterius verò ampliora, latioraque sunt: prioris radix aliquo modo nigricans dici potest posterioris verò albicat. Malunt alii, medicam maritanam Clusii Helenium esse. Et hæc anno M DCXXXII. ex semine Hispanico, à Guilielmo Bælio missa, nata est, peritissimo pharmacopoeo Pennino. Inodora, nec folia lentis longiora, vel, ut Anguillara legit, minorâ habet, sed rotundiora, ejusdem magnitudinis. Sed nec Dioscorides prætermisisset lanuginem, qua prædita sunt folia; tomentosa enim sunt; radix insuper non nigra, sed albicans. Nonnulli clinopodium Dodonaei, vulgo Gallorum mastice, pro helenio habent. Hoc aridis & desertis provenit locis, maritimis & tumulosis. Sed hoc nullius valoris argumentum, si modò cætera convenirent: deserta quippe non raro tumulosa sunt. Sed clinopodii radix tenuis admodum, exilis, & lignosa, cum helenii minimi digiti sint crassitie, cauliculi cubito minores, vix dodrantales, nec lenticulae folia longiora, sed serpylli aut thymi vulgaris similia. Rotundiora ergo, non longiora. Quorundam sententia est, Helianthemum Helenium esse. Sed & huic radix tenuis lignosaque, cauliculi præterea cubito multo minora, foliaque lente non longiora. Plura de helianthemo capite de panace. Plantam, quae à Lugdunensi, Helenii nomine describitur, hæcenus videre non licuit. Quantum ex icone conjicere licet, est helianthemi genus, radice crassiore. Nisi quis velit esse plantam, quam chamæcisti nomine in libello de plantis exoticis delineavit Alpinus. Neutram vidi, Alpini chamæcistus non est helenium, quod folia habeat cisti ledi longiora, sed crispa: quodque de odore nihil prodiderit idem Alpinus: unde inodoram plantam esse conjicere licet; ramulis præterea est cubito multo minoribus. Helenium Lugdunensis his ferè verbis describit: Aliud à superiore Helenii genus in Aegypto gigni Crataevas tradit; auctore Dioscoride, quod plantae hic depicte, aptius competere, quam ulli alii quidam existimant. Est enim radice palmum longa, superne crassa, inferne gracili, multis fibris capillata, lignosa, cortice subrubente, intus pallida, cauliculis plurimis, rotundis, humi quaque versum fufis, serpylli modo, cubitalibus, foliis lentis serpylli, sed majoribus, longioribus, amplioribus, circa ramulos crebris, nonnihil villosis, flore violae aureo, quinque foliis constante, multis in medio filis extantibus, pallidis, antequam dehiscat corticeoso loculo abdito. In aridis agris, lapidosis & sabulosis.

Ε' Συκιων. Locum hunc Athenæus & Plinius citant, sed apud utrumque corruptus legitur. Apud Athenæum libro quindicesimo. Της δε ισηπυλου, φησ' Οσιφροσ, τω ανωθεν κρητιοτεσ εκ τωσ αζωων φυτοσυσιν εν Συκιωνι, η ερ' Αθηνησιν, εκ τωσ υμητην παρ' αλλοισ δε οση παρησ ιση τωσ ανωθεν, εν Θεσση. Nemo non vider ex Theophrasto, pro εκ τωσ αζωων scribendum, εκ τωσ αζωων, & pro παρησ ιση τωσ ανωθεν: restituentium, παρ' αλλοισ δε ολοισ οση παρησ ιση τωσ ανωθεν. Quæ vox postrema, & in Theophrasti desideratur codicibus. Verba Theophrastice verte: Apud alios vero, ut in Thracia, montes & sylvestria loca scætant serpyllo, & silymbrio, reliquisque acriori odore præditis. Scribe ergo apud Theophrastum, επι ησ σισυμβριοσ, η τ' αλλα &c. Apud Plinium locus hic lib. 19. cap. 8. in hunc sensum legitur. Serpyllo silymbrio montes plerique scætant, sicut in Thracia, ubi &

aqua deferunt, ex in avulsos ramos feruntque. Item Sicyone ex suis montibus & Athenis ex Hymetto. Hæc corruptissima: nihil ineptius, quam aquas deferre, & ferere avulsos ex serpyllo ramos. Scribe; serpyllo & silymbrio montes, planaque (sic τῶν ἀγρίων vocat τῶν) sicut in Tracia, ubi agricolæ deferunt ex his avulsos ramos, feruntque. Item Sicyone ex suis montibus, & Athenis ex Hymetto.

Δῆλον ἐστὶ &c. Corruptus codex, nec melior lectio in Aldino & Basileensi reperitur. Δῆλον ὅτι πάντα τὰ γενήσονται λαμβάνει, ἀβροτόνιον δὲ μᾶλλον δὲ ἀπὸ ἀβροτόνιον βλαστάνει, ἢ δὲ ἀπὸ ῥίζης καὶ ἀπὸ σπέρματος. χαλεπὸς δὲ καὶ δὲ ἀπὸ ἀβροτόνιον ἀβροτόνιον ἐν ὄρεσιν. ὡς περὶ δὲ Ἀδωνιδῶν καὶ κήπων, τῶν ἴσχυος. Δύο γὰρ &c. Hæc corruptissima esse vidit Theodorus, qui legit, ut in vulgatis est codicibus, & in margine codicis Basileensis scriptum est. Mavult Iulius Scaliger legere, χαλεπὸς δὲ δὲ ἀπὸ ἀβροτόνιον, ἀλλὰ ἀβροτόνιον ἐν ὄρεσιν. Rationem correctionis hanc addert, quod doceat minus δὲ ἀπὸ ἀβροτόνιον provenire. Hoc si verum: male subdit, χαλεπὸς δὲ δὲ ἀπὸ ἀβροτόνιον. Quare, ut jam dixi, restituit, nempe melius avulsione provenire, quam semine; quin etiam avulsione, haud ita facile. Difficultatis rationem ipse declarat Theophrastus, quia in testas indunt surculos adhuc hærentes matri, ut, postquam radicem emiserint, transferantur. Hanc cur improbem lectionem, causam habeo nullam; nisi fortè quod Plinius aliam secutus sit, cujus codex non minus, quam Theophrasti corruptus. Sic ait libro vigesimo primo, capite decimo: Vacuum sponte provenit, cacumine suo se propagat, feritur autem semine melius quam radice aut surculo: semine quoque non sine negotio, plantaria transferuntur: sic & adonium. Vtrumque æstate, aliosia enim admodum sunt, & sole tamen minimo leduntur. Sed ubi convaluere, ritu vitis fructificant. Plinius si sic scripserit, falsum est, semine melius provenire abrotonum. Sæpè semen terræ commisi frustra, nunquam protulit germen. Nec tamen negare velim semine non posse aliquando nasci, sed difficulter ex eo generari novam plantam, dico. Radice facillè propagatur; avulsione etiam quandoque, sed rarius, nisi radice quid habeat. Etenim propter ligni duritiem ac siccitatem haud facillè radiculos emittit. Cacumine tamen aliquando propagatur; quod illud lignosum quidem, sed non æquè durum ac siccum sit. Hæc experientia didici. Ex semine difficulter nasci, innuere ipse Theophrastus videtur, cum hoc eodem capite scribat, fampsuchum & surculo, & semine provenire; addatque abrotonum semine abundare, tacet, atque semine generari: quod non dubium quin addidisset, si facillè ex semine nasceretur. Hactenus falsam Plinii lectionem docuimus; nunc & absurdam eandem esse demonstrabimus. Si semine melius provenit; & difficulter ex eodem nascitur, quo tandem modo propagabitur abrotonon? Videamus & Theodori versionem. Constat ergo, quod omnia ortus sui primordium ex semine capiunt. Sed abrotonon radice, aut avulsione potius, quam semine germinat. Semine enim difficulter exit. Et hoc testis antea vivit radice causa intimato: quemadmodum Adonidis hortulos emoliantur. Hæc sane mirifica sunt simul & monstrosa: vide animadversiones Scaligeri. Dicam quid observarim. Surculos adhærentes matri testis indidi, animadverti haud facillè radices egisse, longoque tempore opus fuisse, antequam radices emitterent. Causa est, quod tellus quæ in testis est, minus humoris habeat. Tellus verò humida, id est temperata sit oportet, in qua propagetur ex avulsione abrotonon; quia durum ejus lignum, & siccum est. Sed nec hæc est sententia Theophrasti, aut Plinii, qui volunt difficulter in testis ex pullis, sive stolonibus propagari, quod verum esse, experientia didici. Plinii codicem in hunc sensum emenda. Vacuum sponte provenit (id est incultis & neglectis) cacumine suo propagatur (ita in antiquo habetur codice.) Feritur etiam radice aut surculo melius, quam semine. In testis quoque non sine negotio plantaria transferuntur: quemadmodum in Adonidis hortis conferunt. Æstate feritur. Est enim aliosium admodum, & sole tamen nimio leditur, sed ubi convaluit rursus (ὡς περὶ πύργων, non ἀμπέλων Theophrastus) vice fructicat, Theophrasti verba sic restituo. Δῆλον ἐστὶ ὅτι πάντα τὰ γενήσονται ἀπὸ ἀβροτόνιον λαμβάνει. ἀβροτόνιον δὲ μᾶλλον δὲ ἀπὸ ῥίζης, καὶ ἀπὸ σπέρματος καὶ ἀπὸ ἀβροτόνιον βλαστάνει, ἢ δὲ ἀπὸ σπέρματος. χαλεπὸς δὲ ἀβροτόνιον ἐν ὄρεσιν. ὡς περὶ δὲ Ἀδωνιδῶν καὶ κήπων. τῶν ἴσχυος δὲ ἐπιείκειται. Id est, Constat ergo, quod omnia

ortus primordium ex semine capiunt. Sed abrotonum radice, aut avulsione, aut cacumine potius quam semine germinat. Difficulter etiam in testis ex pullis, sive stolonibus propagatur, ut in Adonidis hortis fieri soles. Scrivitur æstate. Addidi ἰσ' ἀβροτόνιον ex capite quarto libri primi de causis, ubi de satione abrotoni aliorumque coronariorum & olerum agit. Sed & locus valdè laceratus. Vide notas nostras. Lego pro ἀβροτόνιον ἀβροτόνιον ex Plinio. In testis quoque non sine negotio plantaria transferuntur. Vide de verbo hoc doctissimas notas Roberti Constantini, in capite septimo, libri undecimi hist. Delevi voces καὶ δὲ ἀπὸ ἀβροτόνιον, quod spurias eas, & à sciolo additas esse, non dubitem. Tautologus foret Theophrastus. Negligentia exscribentis id accidisse puto, qui bis, sine iudicio, δὲ ἀπὸ ἀβροτόνιον scripsit, quod & nobis, si quando quædam exscribimus, evenit; quales & à typographis errores quotidie committi videmus. Quod sequitur ὡς περὶ δὲ Ἀδωνιδῶν καὶ κήπων, nemo tam barbarus qui corruptum non fateatur. Horti enim nec ferunt, nec metunt, sed in hortis feritur & metitur.

ἀβροτόνιον &c. Nicandri Scholiastes dictum ait, Ἄλλ' τὸ εὐεὶ ὄψιν ἀβροτόνιον καὶ ἀπαλὸν φαινομένη, ἀλλὰ καὶ καὶ τὸ δύσπνευστον εἶναι. Hoc est, quod conspectu tenerum, molle, & delicatum appareat etiam, aut quod gravem, æremque, & difficilem halitum spiret. Aspectu molle & delicatum esse, quivis oculis cernere potest. Acrem difficilemque spirare halitum, odoratus testatur. Tradit in libris de causis Theophrastus ærem emittere odorem abrotonum. Plinius libro vigesimo primo, capite decimo: Abrotonum odore jucundè gravi floret æstate. Emendat doctissimus Cornarius, abrotonon jucundi odoris est, & gravis; floret æstate. Alii, ex ipso Plinio pro gravi, acris legunt. Eodem enim hoc libro capite septimo, inquit, amaracus & abrotonum acres habent odores. Vulgata lectio Dioscoridis munita est auctoritate, ut mox patebit. Recentiores Græci, ut in notis doctiff. ad Myrsinum sect. 3. ung. 46. docet Fuchsius, abrotonum καμφορεθὸν vocantur herbam; sic legitur unguento citato, καμφορεθὸν καμφορεθὸν βοτάνης. Si illud nomen audiverit, non dubium, quin ab odore impositum. Camphoræ enim quodammodo spirat odorem. Duo veteres agnovere abrotoni genera; alterum marem, alterum fœminam vocat Dioscorides. Nicander domesticum & sylvestre nominat in Theriacis,

Ναὶ μὲν ἀβροτόνιον τὸ ἀγρίον ἔρπει θάλλει
ἀγρὸν καὶ ὑπὸ βῆσσων &c.

Abrotonique
Agrestem sobolem qua montis valle subitima
Candicat.

Scholiastes, Τὸ ἀβροτόνιον δύο γὰρ εἶδη ἔχει, τὸ μὲν καμφορεθὸν, τὸ δὲ ἄλλο ἐν ἀγρίοις τοῖσι βουκόμοις, δὲ ἴσιν ἀγρὸν καὶ ὑπὸ βῆσσων. τὸν δὲ πρὸς ἀβροτόνιον καὶ καμφορεθὸν, ὡς περὶ καμφορεθὸν εἶναι τὸ φύλλον τῆς ἀγρίας βοτάνης φησὶ. Abrotoni duo, ait genera, campestre sive hortense, & montanum, quod splendidis reperitur in locis: ideo inquit illud quod in candidis salibus reperitur melius ac præstantius judicari, quam hortense, sive campestre; majori quippe in usu. Abrotonum ergo sylvestre intellexit. Ex hoc, vel alio Græco auctore, Plinius, loco citato, abrotonum duorum traditur generum campestre ac montanum. Hoc fœminam, illud marem intelligi volumus. Mas ergo campestre, montanum fœmina. Theophrastus quoque duo genera novit, ut ex scriptis ejus colligi potest. Nam hoc capite, ubi de urbanis agit coronariis, de domestico agit abrotono, & lib. 6. de caus. cap. 24. sylvestris meminit, uti viris summis placet. Quamquam qui loca paulò diligentius examinant, de uno tantum abrotoni genere eum agere contendunt. De fœmina abrotono hæc Dioscorides lib. 3. cap. 29. ἀβροτόνιον, ἔστι δὲ αὐτῶν τὸ μὲν θῆλυ, θάμνον δὲ δασυειδές, ὑπὸ βῆσσων. φύλλον λεπτὸν ἰδίον ὡς περὶ σελήνην ὡς τὸ κλάδιον, πᾶσι δὲ ἄνθος, ἐκ ἀβροτόνιον καμφορεθὸν χροσσοειδές. Ἱερὸς γὰρ ἄμνον, ἰσῶδες καὶ ποσσὺ βάρους, πικρὸν τῆ γαίῃ. δὲ καὶ δὲ τὸ Σικελικὸν εἶναι τῶν. Abrotonum duorum generum esse traditur, ac fœmina quidem frutex est arboris speciei, candicans, foliis circa ramulos seriphii modo minutim incisus, floribus refertos habens in summo quasi corymbos, auri fulgore, æstate provenientes, jucundiores cum gravitate quadam, at gustu amaro. Hoc genus Siculum esse creditur. De mari hæc ab eodem traduntur. Τὸ δὲ ἔστιν ἄρρον καλεῖται, καμφορεθὸν, λιπώκαρπον ὡς ἀψιδίον. πλεῖστον δὲ ἐν Καππαδοκίᾳ γινώσκουσι καὶ Γαλατίᾳ, τῆς κρήνης τῆς Ἀσάν, καὶ ἐν Ἰεζυπύῃ.

†η κ̄ τ̄λο̄ Σοφ̄ια (vetus addit Θαλασσια) Alterum mas vocatur, samentosum, gracili fructu velut absinthium. Plurimum in Cappadocia gignitur, & Galatia Asiatica, atque in Syria Hierapoli. Doctissimus Saracenus pro λεπτόκαρπον, λεπτόκαρπον, id est, tenuibus ramulis legit, Oribasius λεπτόφυλλον tenuibus foliis, & fructu est gracili, & tenuibus ramulis, & folio tenui. Perinde ergo quocunque modo legamus. De utroque hæc Plinius, libro vigesimo uno, capite vigesimo. Abrotonium duorum traditur generum, campestre & montanum: hoc fœminam, illud marem intelligi volumus, amaritudo absinthii in utroque, Siculum laudatissimum, deinde Galaticum. Dioscorides quidem amarum scribit abrotonum. Sed non absinthii modo, verum in fœmina foliorum candorem, ac incisuram cum scriphio comparat, in mare vero ramulorum, vel, ut vulgatus codex, seminum, vel, ut Oribasius legit, foliorum gracilitatem absinthio similem dixit. Quod ambotanum statuunt fœminam eam esse plantam, quam vulgo santolinam vocamus, horum sententiam improbat Dodonæus, his ferè verbis. Sunt tamen nonnulli in ea sententia, ut santolinam abrotonum fœminam esse velint, occasionem ex eo accipiunt, quod in summo virgularum instar corymborum luteos proferat flores. Sed si Dioscoridis verba diligentius expendissent, in hanc sententiam neutiquam venissent. Dioscorides siquidem multos fœminæ abrotono flosculos circa ramulos esse ait, qui (scilicet flosculi) τὸ ἀκρον, id est, parte superiore, corymbi similitudinem habeant, & auri colore lutei. Santolina autem in singulis virgis, unicam tantum flosculum gignit. Alteram addo rationem, quod folia minutim quidem sint incisa, sed non instar scriphii; hujus enim folia in tenues & minutas complures particulas dissecta sunt. Santolinæ virgulta foliolis circumdata sunt, angustis, oblongis, denticulatis, sive cuspidatis, quam dissectis, quæque, si bene attendatur, dissecta dici nequeunt. Hinc crispula à quibusdam vocatur, à foliolis tenuibus, & oblongis minutissimè divis, quadruplici ordine veluti parvis apicibus secundum quatuor versus dispositis, in longitudine quasi labris utrinque sinuosa reflectione simbriatis auri coloris,

Santolina abrotonum fœmina.



corymbos. Santolina quoque veluti Elichryson & Stœchas citrina profert, odorata est, & coronis non raro admiscetur, ejus aliquot sunt genera. Prima caudice surgit

lignosa, ex quo virgulæ, ramulorum instar, tenues, cubitales complurimæ, foliis circumdata parvis, oblongis angustis denticulatis: è summo virgularum, singuli eminent orbiculi, ex brevibus staminibus fracti, Zamaceti floribus, & mediis discis florum Chamæmeli similes, sed tamen aliquantum latiores, colore lutei, qui in semina obscuri coloris permutantur: radix lignosa est, ipse frutex cauliculis, & foliis albicans, & suaviter cum gravitate quadam odoratus. Huic similis est, & altera species, foliis tamen longioribus, virentioribus, ac minus candidis, flore pallidiore. Tertia foliis brevissimis, tenuissimis, & Ericæ proximis floribus luteis, & aliarum similibus Quarta foliis est minus denticulatis, & cupresso similioribus floribus perinde ut aliarum. Quintæ cauliculi non eriguntur, sed procumbentes, per terram repunt: folia denticula crassiora, & lanuginosiora magis canescunt flores in corymbis auri aliarum Santolarum similes. In Belgio omnes peregrinæ sunt, neque alibi quam in hortis reperiuntur. Primum genus familiarissimum, reliqua rariora. Florent Julio & Augusto. Appellatur hæc omnes uno Santolinæ nomine: Belgæ vulgò Cypres nominant. Chamæcyparissini plerique faciunt; sed de Chamæcyparisso adeo brevis & succinctus est Plinius, ut ex eo horum sententia, nec rejici, nec probari queat. Santolinæ, sive abrotoni fœminæ hæc observarunt recentiores genera. I. Santolina foliis teretibus. II. Santolina flore majore. III. Santolina foliis ericæ. IV. Santolina foliis cupressi. V. Santolina foliis sabinæ. VI. Santolina repens canescens. VII. Santolina villosis & incanis foliis. VIII. Santolina foliis minus incanis. IX. Santolina viridis. X. Santolina foliis rosmarini majoribus. XI. Santolina foliis rosmarini minoribus. Cæterum, qui Santolinam propolio veterum habent, majori versantur in errore, quam ii, qui pro abrotono fœmina. (Polii delineationem vide libro nono) polium frutex exiguus & tenuis est dodrantalis. Santolina cubitalis, nec gracilis. Polium in cacumine capitulum habet, corymbi quandam speciem præferens, partim, cæsarei cano simile. Santolina orbicalatum florem habet, ex singulis virgulis unum, nec capitulum sive flos cano hominis capillo simile. Diversis præterea facultatibus prædita. Polium stomachum & caput lædit: amaritudine sua roborat stomachum Santolina, nec ullo modo caput afficit. Polium alvum ciere scribit Dioscorides, quod de santolina tradidit aut observavit hactenus nemo. Nec enim Plinii, ut volunt, polio convenit: quaque & polium, & tripolium turpiter confundat. Palmo est altior, nec protinus à radice foliis prædita. Theophrasti polium esse nequit, quod inter herbas à Theophrasto numeretur, libro primo, capite vigesimo sexto, santolina frutex vel suffrutex, quod utrumque carnosa habeat folia, semperque vireat, inde concludi non potest, santolinam & polium idem esse. Arabum etiam esse nequit polium, quod licet vulgatam sequamur versionem (meliorem dabit Clarissimus Vopiscus Fortunatus Plempius Lovaniensis professor Medicinæ Regius) flos santolinæ pilis cavea albis, nec thyrsi modo spectetur (quid thyrsus, libro quarto docuimus) quodque non declivis sit ad citrinitatem, sed vere luteus seu flavus, denique palmi mensuram excedat. Pro abrotono fœmina Clarissimus Dodonæus, plantam, quam alii abrotonum latifolium arborentem vocant. Malunt alii absinthium arborentem vocare. Memini me ex Fria cum illic amicos invisendi gratia profectus essem, ex maritimis Amstelodamum attulisse absinthium marinum, quod in horto arboris naturam assumpsit, frutemque arboris instar factum est. Hanc imaginem, quam ostendit Dodonæus, referebat, & cum veterum descriptione pulchre conveniebat. Huic simile in horto Medico Leidensi colitur. Affirmare nequit clarissimus Adolphus Vorstius, Medicinæ professor, hortique medici præses, utrum ex scriphio, an ex vulgari natum, an aliunde allatum, quippe à tempore Petri Panii botanici, & anatomici summi cultum in eodem horto. Describitur à Dodonæo his ferè verbis: *Majus abrotonum fruticis non raro in modum, cultura accedente, adolescit; ad hominis altitudinem tunc atollitur, & caudices profert pollicis crassitudine, aut ampliores: ramulos vero ex his complurimos, foliis circumvesticos multipliciter, ac minutim incisus subalbicatibus, cum gravitate quadam odoratis: pro floribus corymbi, à medio ad fastigium usque è virgulis*

dependent, colore lutei, in semen abeuntes : radix fibrosa est. De mare abrotono controversia nulla est. Frutex est odoratus cum gravitate quadam, virgas ab uno radice trunco fert numerosas, & lignosas, à quibus plures erigit cubitales & graciles surculos, ca-

Abrotanum mas.



pillatis, angustis, incis, & in latitudinem diffusis minusque quam arborefcētis, vel foeminae incanis foliis plenos. Flores & semina aestate in calidioribus regionibus (apud nos enim non fert) ostendit circa surculos numerosos, colore ad aurum inclinantes, figura absinthii floribus, & feminibus respondentes. Radice nititur lignosa & ramosa, folia & summas furculorum partes hyeme amittit. Odorem habent ejus comae vehementer acrem, & aliquantulum gravem, saporem verò amarum, tenui & palatum penetranti acrimoniae mixtum. Colitur apud nos in hortis. Abrotoni hujus quaedam genera observarunt recentiores. I. Abrotonum latifolium inodorum. II. Abrotonum mas angusti folium majus. III. Abrotonum mas angustifolium maximum. IV. Abrotonum angustifolium incanum. V. Abrotonum angustifolium minus. VI. Abrotonum campestre. Quod duplex est; nam alteri cauliculi sunt albicantes, alteri rubentes: illud artemisia tenuifolia prima, vel incana Clusii in Pann. at secunda in historia: hoc verò secunda vel purpurascens ejusdem in Pann. at in hist. tenuifolia secunda esse videtur. VII. Abrotonum campestre incanum carlinae odore, a Bauhino in prodromo descriptum. Abrotono, inquit Plinius loc. citat. simile odore est leucanthemum, flore albo foliosum. Mavult doctissimus Dalecampius folioso legere, id est, foliolis per ambitum extrinsecus multis orbiculatim cingentibus, quod in floris medio luteum est. Sed potest & vulgata servari, si ipsum leucanthemum foliosum dicatur, ac sic verba Plinii distinguantur, abrotono simile leucanthemum est, flore albo, foliosum. Leucanthemum quod asclepiades Dioscorides vocat, describitur ab eodem lib. 3. cap. 154. Ἀβροτον, ὃς ἢ λευκάνθημον, ὃς δὲ ἡρώδημον, ἃς τὸ ἀβροτον ἐπὶ ἰατρῶν, ὃς δὲ χαμαίμηλον, ἃς τὴν ἀπὸ τῶν μύλων ὁμοιοποιεῖται τῆς ἀβροτον, ὃς δὲ μελιάνθημον, ὃς δὲ χρυσόκμηλον, ὃς δὲ καλλιὰ καλοῦσι πάντες εἰδὴ ἄνθρωποι μόνον ἃς φέρονται, καὶ ὄντες ἀσπιταμεικτοί (Marc. διασπιταμεικτοί) διαμενοειδῆς, μεταλλάσας ἔχοντες ποικίλας, κλαυραία μικρά, λεωτά, πολλὰ, κεφάλια ἀειφερῶν, ἐν δένδρῳ ἢ χρυσίζοντα, (vetus codex addit: λευκὸν καὶ χρυσίζον ἀνδρῶν ἔχοντα.)

ἀβροτον, ἔχοντες δὲ ἀειφερῶν κυκλοτερῶς λευκὰ ἢ μέλινα ἢ ποικίλα καὶ μελιάνθημον, πηγάς φύλλων φύσσει ἐν τοῖς τραχέσι καὶ ἀβροτον οὐδὲν συλλέγεται δὲ ἰατρῶν. Anthemidem, alii leucanthemum, alii eranthemum, quoniam vere floreat, alii Chamamelum, quoniam odorem mali habeat, nonnulli melanthemum, alii chrysocomen, alii denique calliam vocant. Hujus generat tria, flore tantum distantia: rami dodrantales, fruticosi, alii multis concavi: foliola parva, tenuia, numerosa: rotunda item capitula, intus quidem auri colore fulgentia, foris verò orbiculato ambitu, floribus circumdata candidis, aut melinis, aut purpureis, magnitudine foliorum rutae: nascitur in asperis, & juxta semitas colligitur vere. Anthemidis historiam tradit Plinius libro. 22. cap. 21. ubi ait: Anthemis magnis laudibus celebratur ab Asclepiade, alii leucanthemida vocant, alii leucanthemum, alii euanthemum, quoniam vere floreat, alii chamamelon, quoniam odorem mali habeat, nonnulli melanthemum vocant. Genera ejus tria, flore tantum distant, palmum non excedentia, parvisque floribus ut rutae candidis, aut melinis, aut purpureis. In macro solo, aut juxta semitas colligitur vere, & in coronamenta reponitur. In chamameli historia haec consideranda. I. Quod cum Marcello & Saraceno pro κλαυραία legamus φυλλάρια. Nam ita & Serapio legisse videtur: & ita scribendum etiam ipsa contextus series, per se satis indicat. Lego etiam ἰνδὸν ἢ χρυσίζοντα, ἀβροτον δὲ ἔχοντες ἀειφερῶν. Verba Plinii in antiquo codice aliter, quam in vulgato leguntur. Genera ejus tria, fronde tantum distant: palmum non excedentia: parvisque foliis, ut rutae candidis, aut melinis, aut purpureis: in macro solo, aut juxta semitas colligitur vere: & in coronamenta reponitur. Scribe ac distingue. Genera ejus tria, flore tantum distant, palmum non excedentia, parvis (flores foliis, ut rutae candidis, aut melinis, aut purpureis, in macro solo &c. Hoc sensu si legamus, convenit Plinio cum Dioscoride. Uterque enim tria anthemidis esse genera scribit flore differentia, fruticem Dioscorides dodrantalem ait, quae magnitudo palmum non accedit. Idem flores constare ait foliis rutae magnitudine, eodemque flores refert esse, vel melinos, vel albos, vel purpureos. Quod de foliolis orbem vel capitulum cingentibus intelligere oportet; quanquam & de toto flore accipi potest. Alexander porro Trallianus chamamelum etiam anthemidium vocari scribit libro octavo, capite secundo, ὁμοίως ἀβροτον, ὃ λέγεται καὶ χαμαίμηλον, ἡσποχονδρῶν ὡφελιμῶν ἰατρῶν π. & ἀβροτον. Et anthemidium, quod etiam dicitur chamamelum, praecordiis utillissimum, si quid aliud existit. Recentiores plura observarunt genera, quae vulgo nota sunt, & à Clariff. Dodonæo his ferè verbis describuntur: Chamameli flos tamen coronarius non sit, propter frequentem tamen, quem in medicina usum habet, inter flores locum vendicavit. Contrarium tamen Plinius refert. Sunt autem Chamameliorum complura genera. Vnum legitimum, medicine aptissimum, vulgaris usus, quod ea de causa vulgare Chamamelum nuncupatur: alia deinde silvestria, nullius, aut exigui usus: tertium hortense, odoratum. De eo autem, quod familiarissimum est, primum agemus. Sunt huic cauliculi tenues, in alas multas divisi, cubitales: folia tenuia, dissecta, numerosa: flores in summo medio lutei, forinsecus verò candidi. Ambientibus videlicet luteum ipsius floris multus exiguus candidis foliolis. Quorum singula angusta sunt, & forma oblonga, radices tenues & fibrosae. Exit passim in arvis unà cum segete, & universa Europae familiare est. Colliguntur flores Junio potissimum mense. Camomillan officinae nuncupant, vulgò Camille, & Camomille bloemen: Germani Camillen / Hispani Manzanilla, Macela: Itali Camamilla: Galli Camomille: Bobemi Hermanet. Veterum est χαμαίμηλον, sive Chamamelon, & anthemidis genus, quod ab ipsis candidis, floris medium circumdantibus orbem, foliolis λευκάνθημον dicitur. Silvestrium Chamamelorum, cotulas quas passim nominant, tria sunt genera: unum foetidum; duo alia non foetentia: quorum uni flos per circumferentiam candidus, alteri verò totus luteus. Chamamelum silvestre foetidum, sive cotula foetida, caules promit rotundos, virentes, fragiles & succulentos, in alas multas divisos, crassiores, & saepenumero altiores quam Chamameli: flores forma & colore similes. Foetet herba tota, gravemque odorem spirat: unde illi foetida cognomen datum. Nascitur in arvis, juxta semitas & agrorum margines. Floret eodem quo Chamamelum tempore. Officinae & herbarii passim cotulam foetidam nuncupant, plerique Camomillam foetidam. Germani Horten-

Kroztendil/ Hundsbill/ Hundsblom: Belgæ **Paddebloemen/ finckende Camille:** Galli **Espargourte,** à nonnullis **κροζτενδιλ,** ab aliis **κροζορων.** Leonhardus Fuchsius Parthenium esse voluit. Sed Parthenium verum & legitimum est vulgo dicta Matricaria, quæ odore longè est graviore, & sapore admodum amaro, foliis tenuibus, & Coriandri similibus. Cotula autem fetida minus graviter olet, & foliis Coriandrum non æmularur. Altera Cotula alba non fetida, quæ à plerisque etiam oculus bovis dicitur, cauliculos edit complures, tenuiores, duriores, flexibilioresque, quam cotula fetida; & circa eos folia tenuia, Chamæmili foliis paulò longiora & candidiora: flores in medio luteos, & per circumferentiam candidos, Chamæmili, & Cotula fetidæ floribus similes, sed majores, exigui aut nullius odoris: radices duras, & lignosas, non absque adnatis fibris, quæ aliquot annis permanentes, vere regerminant. In arvis & agris frumentariis una cum Chamæmelo reperitur. Æstivis mensibus floret. Nostra ætas Cotulam non fetidam appellat, & cotulam albam, plerique oculum bovis & Buphtalmum. Germani **Kropdil/ Hundsfang/ Kuhnhaug:** Belgæ **Coedille/ Koedooghe:** Hispani Mancamilla loca Ojo de buey: Itali Occhio de bove. Et verum quidè esse Buphtalmum Leonhardi Fuchsi sententia fuit. At nobis verum & legitimum solum illud esse videtur, quod infra sub Buphtalmi nomine describitur. Nam Buphtalmo quidem, ut Dioscorides auctor est, folia sunt **μαρυδεγείδη,** id est, feniculi foliorum similitudinem habentia, & flos mellinus, huic vero, folia non sunt feniculi similia, neque flos totus luteus, sive mellinus, sed plurima parte, per circumferentiam videlicet, candidus; qui etiam vel solus Matbiolum movit, ut cotulam hanc albam, sive vulgare Buphtalmum, verum & legitimum esse Buphtalmum negaverit. Proinde non Buphtalmum (quo nomine à plerisque appellatur) sed cotula & Chamæmili silvestris species quedam est. Plinius lib. 26. cap. 7. Melandry herbæ meminit in segete, ac pratis nascentis, flore albo & odorato: an Melandrum autem istud, cotula an fetida sit, diligentius inquirendum: propter etenim Plinii brevitatē nemo facile qualis herba Melandrium sit, affirmaverit. Tertia cotula lutea cauliculis exit, non paucis; foliis Botule albæ majoribus, crassioribus, candidioribusque, flores & medio, & orbiculato ambitu mellini, sive lutei sunt: radix dura, lignosa, diuturna. Nascitur in Germania & Gallia, iisdem ac similibus quibus cotula alba locis: apud Belgas hortensis est, Iunio ac Iulio florem promit. Germani **Streichblumen/ & Steinblumen** appellant. Belgæ **Streichbloemen.** Fuchsius anthemidis speciem, & Chamæmelum Chrysanthemum facit. Folio tamen parvum, odore nullatenus Anthemidem, sive Chamæmelum leucanthemum refert. Matbiolum pro legitimo Buphtalmo depinxisse videtur: desideratur tamen in eo folium Marathrooides, quod Buphtalmo esse Dioscorides testatur: nos his de causis inter cotulas & silvestria Chamæmela potius reponendam duximus, quam alterutrum temere asserere. Odoratam Chamæmelum duorum est generum: quorum alterum Leucanthemum, alterum, Chrysanthemum cognominari potest: Leucanthemo odorato caules exeunt multi, non erecti, sed procumbentes, & quasi per terram repentes, folia tenuia, dissecta, uti Chamæmili vulgaris, sed majora, virentioraque: flos quoque similis, medio videlicet luteus, & per circumferentiam, candidis foliolis cinctus: radix fibrosa; durabilis naturæ. Referunt, folia & flores pergratum ac jucundum, cum gratoque odore, aromatum odoribus persimilem, qui etiam in arida diutius permanet. Est & hujus generis quoddam foliola medium floris ambientia densissimè multiplicans, luteo in angustum orbem coacta, quod odore & forma præcedenti per omnia simile alias est. Chrysanthemum odoratum Chamæmelum cauliculos similiter profert tenues, invalidos, & in terram prostratos: folia quoque tenuia, ut præ prioris, sed candidiora, & paululum minora: pro flore, qui aliis omnibus Chamæmili, ac cotularum generibus medius, luteus est orbiculus; nudis & nullis circumambientibus foliolis cinctus; radix similis. Et hujus herba odorata quoque est, odore & facultate priori similis. Virumque in Belgio hortense est. Floret Iulio & Augusto mensibus. Chamæmelum odoratum proprie appellatur: Tragus Chamæmelum nobile nominat: vulgus nostrum **Koornische Camille/ id est, Chamæmelum Romanum:** Germani **Edel-Camillen.** Quod flore candidum Leucanthemum; alterum Chrysanthemum dici potest. Sed tamen ea esse, quæ à Dioscoride, Galeno, aut aliis veteribus in usu recepta fuerit, non omnino videtur asserendum: verisimilius est, ab ipsis fuisse præterita aut incognita. Nam facultas eorum multo intensior, quam Chamæmelo à Galeno tribuitur: Caliditate si-

quidem, & siccate qualitatem illam viventi familiarem, & temperaram, quæ Chamæmelo à Galeno tribuitur, quamque ipsum habere quotidiana ostendit experientia, multum excedunt, utpote secundo ordine calida & sicca. Cum autem & ipsa substantia tenuitatem habeat conjunctam, digerendi ac rarefaciendi potentiam habent amplioem: molliendi vero doloreque sedandi aut mitigandi, remissioem; proinde ubi magis quam vulgaris usus Chamæmelum potest, si calefacere, aut rarefacere opus est, utiliter adhiberi possunt. uti in balneis, quæ sudoris evocandi, & rarefaciendæ cutis causa parantur, in quibus horum Chamæmelorum usus baud negligendus. Nam & cutim nimis asstrictam rariorem faciunt. sudorem evocant, bonumque corpori odorem conciliant.

Ὁ δὲ ἀμαράκων &c. Amaracum semine, & avulsione nasci testatur Cassianus Bassus lib. 11. cap. 28. Το σήμερον οὐκ ἀνιέρματι ἀπειρεται, καὶ μεταφυσίοντι Α. σερδίω, καὶ Μαίω ἠδὲ σισυ τῆν ἰδμὴν ἔχον καὶ θερμώτατον ὄν. Sampsuchum ex semine feritur, & transplantatur Aprili & Majo, jucundum odorem habens, & calidissimum. Supra cap. 1. hujus libri rationem reddidimus, qua auctoritate doctissimus Gaza ἀμάρακων sampsuchum interpretatus sit. Hoc capite investigabimus, utrum amaracus & sampsuchum una eademque, an verò diversa sit planta. Quidam diversas esse volunt plantas, & hoc ferè utuntur argumento: quod Dioscorides, Galenus, Æginetas de utraque egerint, tanquam planta omnino diversa. Dioscorides quidem libro primo, cap. 58 & 68. unguentum Sampsuchinum, & amaracinum describit: & seorsim de utroque agit, ergo tanquam de planta diversa, sed respondent, Dioscoridem id duabus fecisse de causis, quarum prima compositionis discrimen, & præstantia. Diversa namque planèque discrepante præpararentur ratione: alterum etiam altero præstantius, & odoratius. Amaracum enim suavius & carius sampsuchino, præterea odoratius, & aliter quam sampsuchinum compositum. Diversa igitur nomina clarioris doctrinæ gratia imponere ipsis necesse fuit. Alioquin minus probatum à probatissimo vix dignosci potuisset. Altera, quod, ut supra dictum est, Cyzieri sampsuchum vocaverit amaracum, & ex Cyzico unguentum hoc præstantissimum & maximè suaveolens adferrebat; ab iisdem amaracinum dicebatur. Necesse ergo habuit Dioscorides eandem retinere nomenclaturam, nec permutare voluit, ne propter diversum componendi modum error fieret. Addunt, quod Galenus & Ægineta utrique diversas adscribunt facultates, amaracum enim calidum ordine tertio, siccum secundo: sampsuchum verò calidum & siccum tertio ordine tradunt. Ἀμάρακων. Ἡερμαίνε μὲν καὶ τῆν τελευτὴν πικρὴν. Ἐργασίη δὲ καὶ τῆν δόξιν. Σάμψυχοι Ἡερμαίνε καὶ Ἡερμαίνε καὶ τῶν τελευτῶν δόξιν. Ad hæc diversimodè respondetur à viris magnis. Quidam amaracum Galeni parthenium, sive matricariam esse scribunt, quia tam præstantis herbæ nusquam mentionem fecerit Galenus: parthenium autem amaracum dicit scribit Dioscorides. Παρθένιον οἱ δὲ ἀμαράκων οἱ δὲ λευκῶν Ἡερμαίνε. Hanc solutionem plurimi botanici probant, pauci rejiciunt, quibus favet Galeni locus, libro de antidot. 1. cap. 9. Διαφίερονται δὲ ἄλλαι γεραμενίαι ὡς πέναι οἰόν, ὑπὸ μὲν τῶν ἰπμελιθῆντων ἰμπεριῶν Φαρμάκων ἐν τῶν τελευτῶν βαλλομένων Διπλατίσσαι τις δὲ ὅσιν ὅσιν ἔχουσιν τὸ ἀμαράκων καὶ μαρμαρίων οἱ τῶν ἐπίων ἔχουσιν μόνον. οὐδὲ γὰρ οἱ μυρσπῶλαι πίνυτες αὐτὰ γενώσκουσιν, ἀλλὰ τὸ μόνον ἀνιέρματι τῶν δὲ Κρητῆς κρημίσωνος βοτάναις, ἀμα τῶν ἀνιέρματι καὶ κρημίσωνος οἱ τῶν βοτάναις αὐτῶν ἐπιπέμει οὐκ ἄσφα γεραμενίας, ἐν ἄλλοις μὲν κρημίσωνος ὅσιν, ἐν Κρητῶν οἱ πεπίσται, & κατὰ τὴν ἰπμελίαν, ἀσπὴν ἄλλοις πίνυτες, ἔτι καὶ τὸ ἀμαράκων εἶδον γενώσκουσιν. Διπλατίσται δὲ τὸ φυτὸν τῆν ἰπμελίαν πίνυτον καὶ τῶν ἰωδῶν. ἰπμελίαν γὰρ ἰωδῶν τὸ μόνον, καὶ τὸ γεραμενίαν ἀμαράκων μόνον ἐν Κρητῶν σκευάζουσιν, ὅσιν μὲν ἰπὶ τῆν ἀσπὴν γὰρ δόξιν ἂν πε ἀμαράκων ἔχουσιν πεπίσται καὶ ἰωδῶν ὅσιν τῶν παλαιῶν σκευάζουσι, ἰπὶ δὲ τὸ μόνον ἐμβάλλουσιν μόνον. ἰπὶ μὲν οὐκ ἔχουσιν τῶν πίνυτων, ἰωδῶν πεπίσται μὲν ἐν αὐτῆν πεπίσται, ἀρμενίαν δὲ ἐπιπέμει, πεπερίσται οὐκ ἔχουσιν τῶν συνήθως ἀμαράκων σκευάζουσιν ἰπμελίαν ἀμαράκων τῆν σκευασίαν τῶν ὅσιν, ὅσιν ἐν τῶν μόνον καίμοι τὸ σκευάζουσι ἔτι καὶ ἰπὶ τῶν ἰωδῶν ἰφαινη, χεῖρα δὲ ὅσιν ἰωδῶν πεπίσται μὲν ἐν τῶν πεπερίσται ἰωδῶν. Quæ siquidem Hedychoi descriptiones ab iis traditæ sunt, qui medicamentorum experientia dant operam, rerum injectarum pondere ab hac evariant, aliæ vero, neque marum, neque amaracum prorsus habent, quedam alterutrum tantum continent, neque enim duo hæc unguentarii omnes noscunt eo quod herbas solum Creta advectas emat, & earum semina, atque succos. Ego vero & duas herbas scio in Asia nasci, ac in aliis quidem regionibus raras esse, sed in Cyzico frequentes. In Italia quoque, ut & alias quasdam herbas, ita & amaracum vidi, quæ odore n. ultum à maro su-

peratur. Marum enim valde redolet, putaretque forsitan aliquis, sola nominis appellatione ductus, unguentum amaricum, quod in Cyzico faciunt, amaraci plurimum capere, sicque forsitan ab antiquis id unguentum conficiebatur, sed nunc solum marum imponunt. Hanc herbam aliquando cum ipse degustassem, ac eam amaram quidem plurimum, sed acrem parum deprehendissem, hortatus sum quendam eorum, qui amaracinum conficere solent, ut amaraci tantum immitteret, quantum & mari, visumque est mihi id unguentum minus quidem redolere, sed pejus nihil operari. Hæc itaque à nobis obiter dicta sint. Ex his Galeni verbis aliam atque aliam amaraci unguenti apud veteres fuisse confirmationem, satis constat; insuper ex iisdem probatur amaracum etiam in Italia nasci, sed rarissimè reperiri, odoreque à maro vinci. Parthenium, sive matricaria in Italia satis frequens, nec sine virore odoratum. Malunt alii amaraci nomine marum descripsisse Galenum, nec dubitant, quin librariorum culpa τὸ μάρις titulus in ἀμαράκις abierit, quandoquidem in ejus tum gradibus, tum facultatibus assignandis Galenus à Dioscoridis maro non longè recessit. Ego nullam videre possum librariorum culpam. Quod vel hoc solo evincam argumento, quod Galenus sequatur seriem alphabeti. Debuisset ergo amaraci, seu, ut volunt, mari facultates tradidisse lib. 7. littera M. non libro 6. littera A. Sed nec marum, & amaracum ejusdem sunt facultatis. Satis enim apertè Galenus, loco jam memorato, amaraco marum odoratius dixit. Volunt alii Galenum bis unam eandemque delineasse plantam, nec contraria esse quæ de utraque habet. Si quidem cum inquit, secundo ordine ficcum, intelligit secundo completo; cum verò tertio ait, vult in incipientem esse ficcum tertio, quæ sanè facultas non adeò diversa. Negari non potest Galenum de astere Attico bis eodem in libro sexto simpl. egisse, primum littera A. deinde littera B. Utrum de absinthio bis egerit, lib. 9. examinabo. Non displicet eorum opinio qui volunt Galenum amaraci nomine descripsisse amaracum in Italia nascentem; sampfuchil verò in Cypro & Cyzico provenientem. Nec moveor quod Artenn odoribus lib. 1. c. 51. diversam amaracinam & sampfuchinam dixerit coronam. Fuit hic rei medicæ ignarus; ignoravit etiam plantas pluribus nominibus donatas, eademque nomina aliquando diversis indita plantis. Amaracum dictum volunt ab Amaraco puero regio. Fabellam narrat Servius. Amaracus Cynaræ Cypri regis puer, unguentarius fuit, qui casu lapsus dum ferret unguenta, fracto alabaistro, majorem ex confusione odorem creavit. Unde optima unguenta amaracina dicuntur. Hic postea cum nimio odore contabuiisset, in herbam sampfuchum mutatus est, quæ postea ab ejus nomine cœpta est amaracum appellari. Græci recentiores amaracū, sive sampfuchum vocarunt ματζουράνιον. Ex Græco barb. Μαντζουράνιον. Italicum, magiorana. Amaracus, corona pretiosa, ματζουράνιον. Amaracus, amaracus. Vulgò majoranam vocant, quod nomen habuit ante multa sæcula. Etenim apud Auctorem Auctuarii legitur, Προφήται δὲ ἱερείας, οἱ δὲ ἡκίχρον Ἰσίου. Ρωμαιοὶ ματζουράνιον, id est, Magi sacerdotis asinum, alii Isidii genituram. Latini majoranam. Corrige Myrepsi codicem f. 1. de Antidot. 21. πιπιβέριος ἀσπέρ, ματζουράνιον. scribe πιπιβέριος ἀσπέρ, ματζουράνιον vel ματζουράνιον. Ex Auctore auctuarii, mavult Fuchsius μαμαράνιον, quod ex Actuarii antidoto è moscho fatis comprobatur, in qua sampfuchi etiam mentio fit, quod alio nomine etiam majorana vocatur. Sampfuchum describit Dioscorides libro 3. cap. 47. Sed præstat quæ de eodem tradit Theophrastus prius examinare. Hic serpylli, helenii, sisymbrii etiam ait habere, radices ἰπιπολάεις ἢ πολυζυδάεις &c. Vertit Gaza, quod non sampfucho, nec serpyllo, nec helenio datum est: hæc enim summo terræ adherent, radice multifida, torridaque: radices omnes lignosæ sunt. Pro ἰπιπολάεις in Basileens. & Alden. codice legitur ἰπιπολάεις. Ταφρώδεις, torridas vertit Theodorus. Mavult Scaliger, perplexas; sed mendum esse putat; quæ & aliorum est sententia. Qui σαρκώδεις restituunt, credo, quod lib. 1. de caus. cap. 4. ubi de radicibus agit, legatur, καὶ ἄλλος ἴσχυλος πῦα ἢ ἰσομερῆς ἴσχυα, καπιπὸρ αἰ τοῦ ἀμαράκις τοῦ χλωρῆς, ἢ τοῦ λευκῆς, ἢ τοῦ ὀμοειδῆς. Denique carnis succique bonitate carere non debent, ceu amaracum recens, ut liriium, & cætera ejusdem generis. Facilis lapsus σαρκώδεις in περιώδεις. Sed majoranæ, sive potius sampfuchi nomine descriptæ plantæ à recentioribus non habent radicem carnosam: ipse Theophrastus lignosas esse amaraci radices scribit. Quippe cum dixerit esse περιώδεις, subjungit, ξυλώδεις ἢ πῦσαι. Quare locus ex lib. 1. de causis citatus corruptus videtur, & pro ἀμαράκιον

legendum ἀσπέρ, vel dicendum lib. de causis Theophrastum loqui de tenella, nondumque adulta radice, quæ in omnibus plantis solet esse carnosior, mollior, delicatior, tenerior. Hoc verò capite de radice adulta, & antiqua agere Theophrastum. Sed nec novella radix amaraci hæcenus cogniti carnosia dici potest. Ταφρώδεις. Theodorus malè retorrida, interpretatur radice. Ταφρώδεις adjectivum à τῆρις, id est, implicatus, cratis modo contextus, perplexus. Totam hanc periodum in hunc vertesensum. Quod nec sampfucho, nec serpyllo, nec sisymbrio, nec helenio datum est. Hæc enim radices habent superficarias, multifidas, & perplexas, suntque horum omnium lignosæ. Idem Theophrastus amaracum, femine & avulsione nasci tradidit, quod supra ex Geoponicis Cassiani Bassi probavimus. Æstate præterea sampfuchum florere ait. Verba Theophrasti infra examinabo. Idem ait, sampfuchum copiolum ferre semen, quodque jucundo mollique est odore. De sampfucho, hæc Plinius lib. 21. cap. 11. Seritur utroque genere, & semine, & ramo, vivacius prædictis, & odore melius; copiosum amaraco, æquè atque abrotone semen. Sed abrotone radix una & altè descendens, cæteris in summo terræ leviter hærens. In antiquissimo, & optimo codice legitur odore mollius. Quæ lectio Theophrasti munitur auctoritate. Idem feracius, non vivacius esse inquit. Nusquam tradidit Theophrastus unam esse radicem abrotone, sed plures habere radices ait, ac ob crassitudinem maximè radicis singulari veluti constare radice. A Plinio venio ad Dioscoridè, qui loco supra citato hæc de sampfucho habet, Σάμφυχον κρύπτει τὸ κυζικιόν & κίπριον. δὲ περιώδεις ἢ πῦσαι τὸ Αἰγυπτίον. καλεῖται ἢ τὸ κυζικιόν ἢ τὸ πῦσον ἐν Κικιλίᾳ ἀμαράκιον. πῦσα ἢ ἰπιπολάεις, ἔπιπται ἐπὶ τῆς γῆς φύλλα δασύα, & ἀσπέρη ἴσχυα, ὁμοία τῆς λευκοφύλλου καλαμίνθης. δασύα, ἢ ἀσπέρη (quidam κερματικῆ) πῦσον ἢ ἰπιπολάεις. Sampfuchum in Cyzico ac Cyprio laudatissimum, secundum ab hoc locum Ægyptium sibi vendicavit. Vocatur autem à Cyzicenis & Siculis amaracum. Herba est ramosa, per terram repens, foliis hirsutis ac rotundis, tenuioris folii calaminthæ æmulis, vehementer odorata & exsiccans, nexilibusque coronis inseritur. In Cyrico & Cyprio præstare sampfuchum fatentur veteres omnes. Secundum locum sibi Ægyptium vindicare scribit Galenus lib. de Antidotis, verbis supra citatis scribit in Asia aliisque regionibus etiam Italia nasci, sed præstantia odoris à maro vinci. Nicander canit esse ornamentum hortorum, ripisque amnium.

μάλα δ' ἂν ἀμαράκιον εἴη
 Χρησιμῆεις πρᾶσις τε ἢ ἀνδρόισι κλοάζων.
 Id est,

Confert amaracus areas hortorum complens & fronde viventi ripas. Ad hunc locum Scholiastes. ὁ πῦσα εἰς τοὺς ἀνδρῶν, ἢ τοὺς πρᾶσις, ἢ τῶν κήπων & τοὺς ἀναχῶσαι τῶν πρᾶσι μῶν ἀνδρῶν, & φουτίστῃ. Licet nec Galenus, nec Nicander laudent sampfuchum Ægyptium, tamen à Columella libro decimo in hortulo probatur:

Grataque jam veniat hilari sampfucha Canapo.

Canopus urbs Ægypti, satis celebris. Dioscorides herbam inquit esse per terram repentem, foliis hirsutis, tenuioris calaminthæ æmulis. Licet Theophrastus, qualia habeat folia non tradat, attamen parva esse, ipsamque stirpem ramosam, ex eodem probari satis potest. Nam inter suffrutices recēset sampfuchum. Idem Dioscorides lib. 1. cap. 58. quæ folia eligenda sint docet: εὐκίχρον ἢ τὸ μαλάχλωρον τῆς χροῆς σάμφυχον ἐπὶ πολὺ ὄζον, μετρίως δριμύ. Verum sampfuchum colligito ex viridi nigro, plurimum odoratum, ac mediocriter acre. De sampfuchi odore vide Theophrastum lib. 4. de caus. cap. 22. Ob odoris præstantiam à Theophrasto inter aromata, & ea ex quibus unguenta parantur pretiosissima, & suaveolentia, lib. 9. cap. 7. recensetur, & adnumeratur. Eadem de causa inter coronarias plantas non ultimum locum habet, maximè nuptialibus. Catullus Hymenæi tempora cingit amaraco.

Cinge tempora floribus
 Suaveolentis amaraci.

Floris umbram laudat 1. Æneid. Virgilius in his verbis:

Vbi mollis amaracus illum
 Floribus, & dulci adspirans amplectitur umbra.

Potatoribus tamen corona ex amaraco inimica, ut Athenæus lib. 15. scribit. Ἀσκήσιον ἢ κινητικόν ὄντα τῆς κεφαλῆς, καὶ ἀμαράκιον ἐ ἀπᾶσις τὰς κερῶν διαρρήξῃς ἢ βαρύνει ἄλλως κεφαλῶν ἀσπέρησιον. Tum etiam violæ albas, quæ odore caput firmant,

riunt, *Scoronam ex amaraco, & quicquid opplere ac gravare alioquin caput possit, rejecerunt.* Atque hæc de amaraco veteres. An ad recentiorum cognitionem amaracus pervenerit: indagandum. Botanici, majoranam, sic dictam, quod majori cura diligentiaque, quam cæteræ colatur, feraturque pro sampfuchum habent. Malunt alii eandem majoranam inarum, & maro nomen inditum contendunt, negantque sampfuchum esse. His moti rationibus, quod cauliculis surgat rectis, cum serpere per terram veteres tradant sampfuchum. Respondeo, in rectum altumque assurgere majoranam, si crebro tondeatur, ac luxuriare impediatur: verum, si negligatur, humi pro-cumbere, ac serpere, flexili mollitie nutantibus furculis, & in terram curvatis. Sed aliter adversariorum auctores. Pena & Lobelius respondent, reperiri majoranæ speciem, multo rariorem, humi repentem, quod non erectis erigitur aut fruticat ramulis, uti vulgaris, sed in cespitem caducis, serpilli modo, cui alioquin persimilis folio, effigie & magnitudine; cujusmodi, quæ in Belgio Nervii creverat sedulo pharmacopæo Ioanni Mouton, & Antverpiæ Coudenbergio, stirpium peritissimo. Hujus semen Hierosolymis sibi allatum ab ambulone, in historiis scribit Lobelius. Sed aliud quid vetat majoranam esse sampfuchum. Sampfuchi folia, ut Dioscorides lib. 1. tradit, colore sunt ex virore nigricantia. Majoranæ verò incana è virore albicantia; qualia etiam habet, amaracus repens, cujus meminit Lobelius. Amaraci hujus ramulos foliaque eleganter exsiccata in horto hyemali Clusii, summi botanici invenimus. Majorana humilis & fruticosa stirps est candicans, & suavis admodum odoris, sesquipedem, aut palmum alta, cauliculis, sive furculis tenuibus in plures alas divisis, & in latitudinem expansis, circa quos foliola sunt penè rotunda, mollia & incana, sed hyeme magis virentia; & in summo flosculi candidi, perpusilli, è spicis heracleotici origani similibus exeuntes, exiguis videlicet, oblongis, & squamatim compactilibus. Succedit semen admodum parvum, colore spadiceo, radice nititur multifida, lignosa, & perenni. Semine satum eadem ætate fructificat, & binis è singulis geniculis ramulos profert; postquam verò adoleverit incertus fit ramulorum ordo. Odorem habet fragrantem, admodum jucundum, ac suavem; saporem verò tenuem & subacrem. Caput tam gustu, quam olfactu veluti futuro somno mulcet & mitigat. Unde iterum colligitur, non esse veterum amaracum: nam hæc potatoribus inimica, majorana amica. Vino addita gratiam conciliat, ac ne vini vapores cerebrum tentent, impedit. Reperitur majorana hæc quandoque major, subinde tenuior ac minor, odoreque præstantior; quandoque lætioribus, quandoque angustioribus foliis, ut plurimum erecta, raro repens. Quidam botanici hanc marum Dioscoridis esse asserunt, quod libro 3. cap. 49. describit. *Μάρον ἢ ὑσάβερον, ποικύνην, φευγαίωδες, ὁμοία τῷ ἀνθεὶ ὀρεζάνῳ. τὰ ἴδη φύλλα τούτου λευκότερα ποικύνη, καὶ τὸ ἀνθὸν ὑσάβερον. ἔχει δὲ δύναμιν. ὁμοίαν σισυμβρίῳ &c.* Ad finem capitum additum est, *καταταὶ δὲ καὶ Μαγνησίαν καὶ θράκην ἰσχυρῶς.* Marum, seu *hysovirium herba vulgo cognita, surculosa, flore origani, at tamen foliis multo candidioribus, ac flore odoratioribus, vim habet sisymbrio consimilem; juxta Magnesium & Tralleis copiosissime gignitur.* Sed hoc caput adulterinum, ac spurium esse existimant, quod his ferè rationibus probant; quod Marcellus codices antiquissimos viderit, in quibus caput hoc desideratur; tum quod prima Dioscoridis verba parum postremis respondeant. Nam omnibus cognitam esse tradit herbam, cum tamen non in nostro orbe, sed juxta Magnesium & Lydiæ Tralleis plurimum nascatur. Accedit insolens auctoris scribendi modus, qui cum semper congeneres herbas uno loco recenseat, hanc ab origani familia disjunct, & inter alias nostrates herbas odoratas, ut meliloron, baccarim, numeravit, et si ad Magnesium & Tralleis nasci scribat. Ad hæc facilis, & in promptu responsio. Caput hoc negligentia exscribentis in codicibus memoratis fuisse prætermisum. Nam apud Oribasium, qui Dioscoridem quam fidelissimè exscripsit, habetur. Verba illa *ποικύνην* adjecticia spuria sunt, & ex margine, vel aliunde in codicem irrepsere. Ea enim non agnoscit Oribasius. Nec verba Dioscoridis uti in vulgatis leguntur codicibus, adeò dissona, aut parum respondentia, ut volunt. Facile fieri potuit, marum fuisse herbam vulgo cognitam, & tamen ex magnesia ad Græcos allatam. Acorus vulgo cognita, & tamen ex Ponto, Galatiaque adfertur. Dictamnium, Cretense optimum, & aliunde adfertur quam ex Creta, & tamen nulli pharmacopæo, vel seplasiario ignotum. Idem de Maro dicere licet.

Marum Galeni ex eo herbam satis vulgarem fuisse constat, quod loco amarici, in amaracino adderetur unguento. Tertium objectum nullius est valoris. Nam amaracum æquè peregrinum Italis Græcisque fuit, ac marum, & tamen utrumque conjungit Dioscorides: nisi quod caput de meliloto interjectum sit; nec herbas congeneres disjunct, quia baccaris, melilotus, ruta, sampfuchum frutices, vel suffrutices sunt, plantæque furculosæ, nec omnia, quæ invicem comparantur statim à Dioscoride subnectuntur. Nam stæchas satyriaque simili comantur folio; serpyllo clinopodium simile. Idem de floribus dicere licet, multisque potest probari exemplis. Marum dictum voluit à rege quodam Thraciæ, cui nomen Maro fuit. Sed verisimilius ab amaraco per apocopen nomen impositum. Idem marum *ὑσάβερον* vocatum fuit. In quibusdam codicibus legitur, *ἢ ὑσάβερον, ἢ ὀρεζάνῳ.* Marcellus legit *σισυμβρίον*, idque quod sisymbrio similem facultatem marum obtinere scribat. Florem esse ait origane: id de heracleotico origano intelligendum auguror. Pro *ἀνθὸν ὑσάβερον* apud Oribasium scriptum est *ἀνθὸν ἰσχυρῶς*, non multum dissimili sensu. Cum delineatione Dioscoridis majoranam convenire, negari vix potest. Suffrutex enim candidioribus quam origanum foliis, flo-reque odorato origano heracleotico non dissimilis. Reperuntur tamen Botanici, qui majoranam veterum negant esse marum. Sed cum suam nullis rationibus proponant sententiam, cur eam probem. Malunt iidem Syriacum vulgo dictum marum gracilioribus sarmentis, minoribus capitulis & foliis, quam Gallorum mastich à Pena & Alpino descriptum, esse veterum marum. Prodiit hoc ex feminibus è Cretâ Syriave delatis. Suffrutex est,

Marum Syriacum.



crefcitque altitudine palmi, foliolis parvis, minutis, candidantibus, sapore acutis, maximè odoratis: fertque à radice lignosa, gracili, parva, furculos plures rectos, rotundos, tenues, lignosos, qui ab radice usque ad summitates ferunt ex intervallo binos ramulos, foliis binis utrumque ex opposito dense vestitos, in cacumine verò flosculi sunt purpurei, origani heracleotici modo admodum odorati. Marum Corthusi, quod tragoriganum alii dicunt, cujus delineationem capite de tragorigano dedimus, veterum

marum non est, quod flos origano non sit similis. Floret enim in verticillis orbiculatis, origanum verò promit flosculos ab exiguis veluti spicis. Sapore insuper non est acerrimo, sed odore fragrantissimo, urente, tritum enim digitis eminus, non secus, ac flammula cerebrum ferit, percellitque nares. Nec Gallorum mastice, five Dodonæi clinopodium, cujus mentionem cap. de helenio feci marum est veterum. Flosculos enim fert origano non usque adeo similes, nam in summo gerit veluti capitula lanuginosa, & ambientes similes verticillos, è quibus perpuffilli flosculi albi: odorem quidem spirat suavem, sed qui *ἰνωδέστερον* origano dici non potest, ac armaracum superet. Mari Ægyptii meminit Plinius lib. 12. cap. 24. In Ægypto nascitur & marum, pejus quam Lydium, majoribus foliis, ac variis, illa breviora, ac minuta, ac odorata. Ex quo hæc Plinius habeat, me latet. Nunquam, inquit Alpinus, in Ægypto marum inibi provenientem videre potuimus, nisi per marum eam stirpem Plinius intelligi voluerit, quam nos in libris de plantis Ægypti nomine *ζαταρενδὶ* depictam dedimus: auferem affirmare, Lydium (quod folia breviter habere scribit) esse unam eandemque cum Cretico: Galenus fatetur, & ipse se hanc plantam vidisse in Asia nascentem. Eodem tamen hoc libro de plantis Exot. cap. 20. Idem Alpinus plantam mari Ægyptii nomine describit, verum Plinii marum esse negat, nec ullo modo cum delineatione Dioscoridis convenit, quare descriptionem ab Alpino datam omitto.

Σισύμβριον. Sisymbrium ex Varronis auctoritate tradunt nomen accepisse à Sisymbrio, quæ fuit in veteribus comædiis meretricula. Apud Nicandrum pro *σισύμβριον* metri gratia *σισυμβρον* legitur.

Καὶ μὲν ἔ σισυμβρον πέλει μελίγματα νύσων.

His etiam sisymbria malis sunt mite levamen.

Idem sisymbrium à Græcis barbaris *σισύμβρον* vocatur. Τὸ *σισύμβρον* ἔστι σισύμβριον καλεῖται. Palatinus codex *σισυμβρον*, Scribo *σισύμβριον*. Sisymbri duo genera novisse Theophrastum ex cap. 22. d. 11. de caus. cognoscere licet, ubi de sisymbrii mutatione in mentham agit; locum adeat lector, & videat, quæ à nobis dicuntur. Duo sisymbrii genera describit Dioscorides, ac quidem Theophrastum ab aliquibus, serpyllum sylvestre dici tradit, alterum verò cardamine. Nos prius distinctionis ergo coronarium vocabimus Coronis enim addebatur nuptialibus, eoque sponsi coronabantur. Phavorinus. *Σισύμβρια, φύλλα αἷς ἐστὶ φανερὰ ἢ νύμφαις*. Veneris hac de causa nomen acquisivit, Venerique dicatum fuit. Myrto hac de causa sociatur, quæ tota est Veneris. Ovidius lib. 4. Factorum puellas alloquens, vult eas offerre Veneri coronas textas è sisymbriis, myrto, rosa.

Cumque sua Domine date grata sisymbria myrto;

Textaque composita juncea vincla rosa.

Coronarium, hoc sisymbrium describit Dioscorides libro 11. cap. 155. *Σισύμβριον (ὃ ἐστὶ ἑρπυλλοῦ ἄρριον καλοῦσιν) ἐν χέρσις φέρεται τοῖσι ἢ ἡδύο (μὲν κηπαῖον, πάλαι φυλλόπερον ἢ ἢ δὲ ἰνωδέστερον, ἢ φανερὰ κηπαῖον)*. Sisymbrium (alii serpyllum sylvestre vocant) in solo inculto nascitur, mentæ hortensis similitudine, sed latioribus foliis, atque odoratius, quod quidem coronis inseritur. Non reticendum, in quibusdam antiquis codicibus caput hoc non reperiri; in aliis verò libro tertio locari, & quadragesimum nonum vocari, pro *ἀρριον* in Aldina *ἀρριον* legitur, at apud Orisium *μύσα*. Apud eundem pro *ἰνωδέστερον* scriptum, parva differentia, *ἰνωδὸς*. Alterum sisymbrii genus, quod cardaminem vocat, delineatur à Dioscoride libro secundo, cap. 156. *Σισύμβριον ἴπερον, ὃ ἐστὶ ἢ καρδαμίνην, ὃ δὲ ἐστὶ τὸ σισύμβριον ἰνωδὸς ἐστὶ πῶς, καὶ τὰ αὐτὰ τὸ σισύμβριον, καρδαμίνην δὲ ἔτι τοῖσι λέγουσι, ἀλλὰ τὸ ἰνωδὸς καρδαμίνην τὴν γὰρ πῶς. φύλλα ἔχει τὸ μὲν πῶς ἄφρον, ἀφρον, (alter codex *ἀφρον*), terræ inherencia, & quidem rectius ex Sambuci sententia, nobis tamen propter ea quæ sequuntur, vulgata placet) αὐξιδόα δὲ σχίζεται ὡς τὸ ἑνζώμου. ἔστι ἢ ἰερικόν, ὀρηκόν &c.* Sisymbrium alterum sunt qui cardaminem, alii sion appellant. Est autem herba aquatica, quæ in iisdem quibus sion locis provenit, cardamine ideo nonnullis dicta, quod gustu cardamum, i. e. nasturtii representet. Folia primum rotunda prodeunt: augescencia verò erucæ modo funduntur, porro excalescit, urinas movet. Vtrumque sisymbrium confudit, ni corruptus codex Plinii lib. 20. cap. 22. ubi sic ait: *Sisymbrium sylvestre à quibusdam thymbræum appellatum, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis nascitur, simile nasturtio est. Vtrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones & similia. Quod in sicco ortum odoratum est, & inseritur coro-*

nis angustiore folio. Nemo, quod sciam, sisymbrium thymbræum vocari tradidit, Dioscorides ab aliquibus serpyllum sylvestre vocari auctor est. Nemo quoque scripsit, pedali esse altitudine, sed hoc collegit Plinius, quod prius sisymbrium Dioscorides referat esse mentæ hortensis similitudine. Aliud est, forma simile quid facere, aliud magnitudine; formatam intelligi Dioscorides. Quod sequitur de natali solo, de altero sisymbrio capi debet, quod nasturtium refert, sed gustum nasturtio non dissimilem ostendit. Quare, aut vehementer erravit in sisymbrii historia Plinius, aut corruptus codex. Mancum & aliquid deesse, quod sequitur suadet. Vtrumque, inquit, efficax adversus aculeata animalia. Si utrumque adversus malum jam memoratum idoneum, duo sunt sisymbrii genera, cum unum tantum describere videatur. Quare deesse quid iudico, an scripsit Plinius. *Sisymbrium, sylvestre à quibusdam serpyllum appellatum, pedali non amplius altitudine. Alterum in riguis nascitur, & gustu nasturtio simile est, utrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones & similia, quod in sicco ortum odoratum est, & inseritur coronis angustiore folio.* Sedant utraque dolorem capitis. Postremum tamen Dioscorides de coronario dixit. Nec illud quod coronis additur angustiore est folio, quod vel ex eo colligi potest, quod folio mentæ latiore tradat esse Dioscorides. Meminit & sisymbrii idem Plinius lib. 19. cap. 8 his verbis: *Serpyllo & sisymbrio montes plerique scætant.* Quod ex Theophrasti hoc capite habet. Vide quæ supra de serpyllo dicta sunt. Meminit sisymbrii variis in locis Theophrastus, uti lib. 11. cap. 1. & 5. ubi ait, si non colatur diligenter, facile in mentam degenerare, quod & hoc repetit capite, uti etiam libro 11. de caus. cap. 22. quem locum adeat lector, & nostrum commentum videat, & quæ lib. 5. de caus. cap. 8. dicantur. Plinius, ut supra lib. 11. demonstratum est, in calamentam degenerare sisymbrium docet, quod nobis haud probabile videtur, tum, quod in memoratis locis constanter *ἢ μὲν* legatur, tum quod nimis magna foret mutatio, sisymbrii in calamentam. Porro, ex hoc cognoscimus Theophrastum non de sisymbrio cardamine agere, sed coronario, mentæ simili. Illud etiam probat, coronarium illum intelligere, quod tradat lib. 1. de caus. cap. 4. avulsione nasci. Cardamine sisymbrium, avulsione non propagatur. Illud etiam facit ad propositum, quod Dioscorides sisymbrii cardamines folia primum rotunda dicat, dein erucæ modo dissecta esse. Nunquam hoc reticisset Theophrastus, ubi de mutatione sisymbrii in mentam agit. Sed nemo unquam in dubium vocavit, Theophrastum de coronario agere sisymbrio. Illud quærent viri magni, utrum Dioscorides de sisymbrio sylvestri à Dodonæo descripto, an hortensi à Mathiolo delineato egerit. Duo etiam Theophrastus sisymbria novit, unum sylvestrè, alterum cultu. Utraque opinio suas habet rationes. Doctissimorum virorum opinio est, Dioscoridem agere de sylvestri sisymbrio Theophrasti, idque ob hanc rationem, quod Theophrastus referat in hortis provenire sisymbrium, tum, uti idem docet locis supra citatis, nisi cultu retineatur, in mentam mutetur. Dioscoridis verò sisymbrium, cultura non indiget, ne in mentam transeat, tota enim sua natura sylvestris est. Contra de hortensi loqui Dioscoridem illud suadet, quod dicat, sisymbrium odore quam menta esse suaviore, stabilit hanc opinionem, quod ipse referat Theophrastus, locis supra citatis, sisymbrium in mentam transire, suavioreque, ac præstantiore esse odore, cumque degenerat, mentæ accipere odorem, proprio amisso. Sisymbrium autem sylvestre, mentæ non est *ἰνωδέστερον, odoratius*, sed graveolentius multo. Adversus hanc sententiam illud adferri potest, sisymbrium cum gravitate quadam odoratum, quod Dioscorides lib. 3. cap. de menta scribat, *καὶ πάντα μείζον σισυμβρίου, ἐν ὃ μὴ ἢ βρωμοδὸς ἐστὶν, καὶ ἢ πῶς ἐστὶν τὴν ἐν ἰσθμῷ γῆσιν ἰσθμῶν*. Et prorsus menta sylv. stris major sisymbrio, at odore magis visoso, quare minus ad sanorum usus utile. Dicendum, omnes mentæ species odoratas esse cum gravitate quadam, sed inter has sisymbrium esse odore suavissimo, ad argumentum supra allatum Dioscoridem agere de sylvestri sisymbrio; respondeo, nusquam tradidisse, Theophrastum, in hortis provenire sisymbrium. Quod autem dicat: *si non colatur, sed negligatur, transmigrare in mentam*, inde concludi non potest, in hortis provenire, verum illud tantum, sisymbrium ex locis sylvestribus allatum, ac in hortis locisque cultis, ubi solum pingue, transplantatum, si negligatur, nec diligenter alatur, in mentam abire, pristinamque amittere suaveolentiam. In hortis enim, paucum illud, quo indiget, alimentum, quod optimè concoquebatur, novo ac

copiosiore accedente dispergitur in ramos, nec, ut ante, concoctum, sed crudius in eisdem mittitur. Certè locis minus cultis odoratissimæ reperiuntur plantæ, serpyllum, stœchas, similesque plantæ ex sylvestribus in hortos translatae, eandem odoris bonitatem non servant, sed ab alimenti copia graviorem spirant. Nostra ergo sententia est, Dioscoridem sifymbrium considerare in natali solo natum, Theophrastum verò inde allatum. Illud insuper priorem debellat sententiam, quod sifymbrium, quod exhibent sylvestre, cuius etiam imaginem damus, non conveniat cum delineatione Dioscoridis, uti illi existimant. Quippe menta graveolentius, non odoratius, insuper non in incultis, sed aquis reperitur. Taceo non satis mentæ simile esse, quia menta omnis spicata, una excepta, quæ verticillata dicitur; cui non fit verisimile Dioscoridem mentam comparasse, verum cæteris generibus, quæ spicam gerunt. Nam verticillata illa menta, locis nõ provenit calidioribus, de quibus egit Dioscorides, sed frigidis in Belgio, Germaniæque. Finem ut faciam, sifymbrium verum dico, cuius imaginem exhibemus, ante

brium à Dioscoride, & nobis descripto Sifymbrio haud parum differt: neque enim cultu retineri debet istud, ne in Mentham degeneret, sed cum tota natura sylvestre sit, etiam multa cura, ut hortensis fiat Mentha non datur assequi. Rectè cum delineatione Theophrasti convenire negat, sed cum Dioscoridis sifymbrium esse vult, fallitur. Nam Dioscorides sifymbrium mentastro simile ait, sed majus mentastrum spicatum est, spicis verò caret sifymbrium à Dodonæo descriptum. Sifymbrium cardamine nonnulli volunt esse florem cuculi, vulgò **Cochloc** **hobio** **men** dictum. Huic mox à radice folia in oblongis pediculis sunt rotundiucula, inter quæ medius exit caulis tenellus, pedali ferè altitudine: circa quem folia tenuia. Eruca hortensis foliorum divisura: flores in summo candidi, aut modicè purpurascens, parvis leucois quodammodo similes: semen in exiguis valvulis minutum: radix fibrosa est. Nascitur non tam in aquis, quam in locis humilioribus, & quæ creberrimè, non modò cælesti ac

Sifymbrium Cardamine.

Sifymbria mentha agrestis Lob.



nos à Lobelio delineatum, quodque Bauhinus in phytopanace mentæ, alterius spicatæ nomine exhibet. Hoc fert vulgaris mentæ folia latiora, & rotundiora, circinataque, artamen crispæ; caulem quadrangularem, ex parte rubentem; flores reliquarum mentæ instar spicatos: odore, gustuque menta acrior, suaviorque, & ni diligens adhibeatur cura, facile in vulgatam abit mentam, odorisque præstantiam vehementiamque amittit. Sifymbrium sylvestre à Dodonæo his ferè verbis describitur, quod ipse fatetur cum Theophrasti sifymbrio non convenire. *Sylvestris, inquit, mentæ species Sifymbrium est, primæ inter hortenses Menthas simile apparet: folia ejus sunt rotunda, caules angulosi, utraque obscure rubentia, è radice latè proserpunt, sed singula majora: gravius etiam odorata est ipsa herba: flores in summo ramulorum, veluti in capitulum ex parte globosum collecti, purpurascunt. In humentibus ac riguis, veluti in pratis, secus fossas aquas habentes, ac flumina nascitur. Cum aliis menthis floret, ac vero revivescit.* Σικυδισπιος Græcis dicitur, Latini Sifymbrium: Germanis Roszmuntz / Wassermuntz: Gallis Menthe sauvage. Est verò & aliud Sifymbrium, à Theophrasto memoriæ proditum, ex coronariorum surculosorum tenuifoliorum numero, cui odor acrior quam Serpylli; quod, nisi cultu retineatur, in Mentham transit. Hujusmodi autem Sifym-

pluvia, sed & rivulorum ac redundantium stagnorum aquis irrigantur. Florem Aprilis ac Majo edit. Alii aliam sifymbrii cardamine nomine ostendunt plantã, de qua hæc ab adversarũ Auctoribus traduntur. *A Cardamo, cuius acrimoniã vescètibus refert, dicta cardamine fuit, veluti Helleborine ab helleboro, tamen si proprius accedit Cratæve laveri, sive Nasturtio vulgari, aut verò, quam Dioscorides Sio, aut etiam quam Sifymbrio. Est Dioscorides Sifymbrii fecerit speciem, tribueritque idem nominis plantæ mentæ hortensis simillimã, atque huic aquaticã, ansamque Plinio confundendi vires laveris atque hujus Sifymbrii, quod Sion etiam vocarint. Est enim feniium lympidorumque rivulorum sectatrix hæc, uti Sion, sed tota tenella, gracilisque: folia præmens, imastratã latius, in nerveis cauliculis rotunde Eruce, aut aquatici Nasturtii vulgari: quæ autem in caule sesqui palmari vel pedali angustiora multo sunt, etiamque hortensis Nasturtii divisura: floribus summis albidis, acris gustu, ac in acetariis tamen minoris commendationis. Sed enim primùm illud Sifymbrium apud Dioscoridem in familiam potius Menthe & Menthastri relegandum, cum quibus tantopere illi convenit, ut quasi naturæ simbolo mutuo altera in alteram abeat nempe mentha in Sifymbrium, hoc in illam, propter confusa naturæ principia in semine. A sifymbrio cardamine venio ad sion, quod idem nomen sifymbrium jam memoratum obtineat. Describitur à Dioscoride lib. II, cap. 154. Σικυδισπιος ἐν ὄρειον ἐν τῆς ὄρειον*

ἴδιαι ἡμισίον ἀξίον, λιπαρῶν φύλλα ἔχον πλάγια, ἰσποσίλιον ἰοισί-
 πα, μικροῦ ποσῶς ἔσῃ ἀρωματισμένη. ἀπὲρ ἰοισίον ἰσποσίον κῆ ἀμὰ λι-
 θους θρύπτει καὶ ἐκκελεῖται. Sinum aquaticum, frutex est pusillus,
 qui in aquis invenitur, rectus, pinguis, foliis hippofelino simi-
 libus, sed minoribus & aromatici odoris: quæ quidem seu
 cocta, seu cruda esu calculos rumpunt & efficiunt. Ab hac
 facultate nomen huic plantæ impositum, ὡς τὸ σείον, ἀ
 calculῶ ἐκcutiendis. Nisi placeat, nomen hoc accepisse ab
 eodem σείον, quod in aquis vacillando, ab aquis præter-
 labentibus succutiatur. Foliis, inquit, esse hippofelino si-
 milibus, in quibusdam codicum marginibus pro ἰσποσί-
 λινον ἰσποσίον legitur, in aliis ἰσποσίον, utrumque ex sibi Cra-
 tevæ historia petito. Sion hoc eodem libro quo prius
 describit Dioscorides. καρπῖνος ἢ ἰσποσίον ἀπὸ τῶν ἔτων. ποῶ
 θαμισίον δὲ ἀλίγη, ἔχουσα (quidam codices addunt ποῶ) φύλ-
 λα, ἀειφύρη μείζονα ἰσποσίον, μέλαρα (vetus addit λιπαρῶν), quo-
 modo & apud Oribasium legitur παρῆσιον ἰσποσίον. De
 eodem Sio agens Cratevæ, herbam esse tradit fruticis specie,
 exiguam, foliis præditam rotundis (multiis) quam mentæ ma-
 joribus, nigris, (pinguis) & ad erucam accedentibus. De
 hoc sio cap. de Nasturtio. Sii prioris meminit Plinius li-
 bro 22. cap. 22. His, inquit, adnumerant sium, latius apio, in
 aquis nascens pinguis nigriusque, copiosum semine, sapore
 nasturtii. Utrumque sion confundere videtur. Diosco-
 rides hippofelino comparat sibi folia, sed ait esse minora.
 Plinius, apio inquit esse latiora hippofelini folia latiora &
 majora multo esse, quam apium nemo in dubium voca-
 bit, nigriora esse non tradit Dioscorides, sed Cratevas
 folia sibi majora quam mentæ inquit & nigra, & παρῆσι-
 ον ἰσποσίον, quod Plinius sapore nasturtii vertit, duosque
 committit errores. Primò, quod τὸ σείον nasturtium
 verterit. Sed hoc haud magnum erratum, siquidem na-
 sturtium, erucæque sapor vicinus, non tamen idem. Majus
 peccatum, quod sapore nasturtii verterit, cum verba Dios-
 coridis, vel potius Cratevæ de sapore intelligi, nec de-
 beant, nec possint, sed de figura. Vult enim mentæ similia
 esse, & ad erucam accedere. Sij prioris iconem hanc ex-
 hibet Camerarius. Duo ejus genera describit Dodo-
 næus, utrumque satis apud Batavos frequens. Vulgo pa-
 stinacam aquaticam, & palustre apium vocant. Sium ἰσ-
 γίς, tricubitalibus, aut amplioribus, crassis, striatis angu-
 losis, & inanibus assurgit caulibus, qui superius attenuati,
 in alas quasdam dividuntur, folia ei oblonga, ex pluribus
 aliis commissa, quorum singularia, pinguis, glabra, & per
 circumferentiam serræ modo incisa, particularibus hip-
 poselini foliis minora: flores in umbellis candidi, rade-
 ces tenues, nigrae & capillaceæ, veluti fibræ sunt, quæ
 non modo subfunt, sed & caulium geniculis admiscen-
 tur, iis quibus aquis conduntur, aut limo infiguntur parti-
 bus. Apio, aut etiam hippofelino, tota herba odoratior
 est. Naphthæ (vulgo Petrolei) odore vicina. Huic autem
 affine est, quod Lobelius in palustribus scrobibus nonnul-
 lis haud procul Antverpia reperiri refert, foliis, (ut pin-
 gitur) magis dissectis, singularibus, per marginem quo-
 que crenatis: cujus flores in umbellis è luteo virent: se-
 men sapore nonnihil habet acridinis, radix multis fibris
 fundo adhæret. In perennibus nascitur rivulis, & subin-
 de, sed rarius in resedibus exit aquis. Julio & Augusto
 floret.

Ἐρπύλλω &c. Inter coronarias plantas merito recen-
 setur serpyllum, planta quippe odoratissima. Heliconia-
 dibus dicatum fuit, uti canit Theocritus Epigr. 1.

Τὰ ῥόδα τὰ δροσέντα, ἢ κατὰ πυκνὸν Ἐκείνα
 Ἐρπυλλὸν καί ταις Ἐλικωνιάσι
 Serpyllum densis foliis præsigne, rosasque
 Errantes Divi pono Novensilibus.

Veteribus duo serpylli genera cognita, sativum unum,
 alterum sylvestre, utriusque hoc capite mentionem fa-
 cit, ut & lib. 6. de caus. cap. ult. ubi sylvestre odore a-
 criore, sativum molliore refert. Sativum Theophrasti, est
 sylvestre serpyllum, sed cultu domitum, ac in locis cultis
 hortisque transplantatum. De serpyllo variis in locis e-
 git Theophrastus, lib. 1. cap. 15. & lib. 6. cap. 1. inter suf-
 frutices recenfer, perpetuoque virere docet. Lib. 2. cap.
 1. inter suffrutices, quæ avulsione & semine nascuntur
 numeratur, ut & hoc capite, vide quæ supra diximus,
 item & cap. 4. lib. 1. de causis. De cultura serpylli, coro-
 nariorumque agit lib. 3. de caus. cap. 24. lib. 5. de caus.
 cap. 8. in ocimum facile degenerare narrat, nisi cultura
 retineatur, diligensque adhibeatur cura, lib. 6. de caus.
 cap. 15. totam plantam odoratam dicit, flore excepto,
 cap. 22. ejusdem libri fructum odoratum inquit, & cap.
 23. si nimium exsiccatum fuerit, odore duro ait, omnifq;

dulcedinis expers. Hæc omnia suis locis, vel examinata
 sunt, vel examinabuntur, quæ hoc loco de serpylli natura
 scribit in huc verte sensum. Ramulorum serpylli propriū
 quoddam est incrementum. Quippe cum possit in quan-
 tam volueris longitudinem trahi, arrepto pedamento a-
 liquo, aut, si prope serpes plantetur, aut ex loco altiori de-
 missum non vult Theophrastus, ramulos germinaque ser-
 pylli, in quamcunque volueris longitudinem extendi,
 non productis novis radicibus; verum cauliculos statim
 novas emittere fibras, ubi terram attigerint, quæ novæ
 instar sunt radices, & sic in quamcunque volueris longi-
 tudinem extendetur, quemadmodum rō semel in vulga-
 to observavi serpyllo. Eleganter hanc serpylli naturam
 exprimit Nicander in Theriacis, nōminatque ῥομαῖον, si-
 gnificans, ipsum continue in anteriorem partem progredi,
 eorum animalium more, quæ per agros pascuntur, aut
 ulcerum, quæ etiam in nostris corporibus serpunt. Pul-
 chre etiam φιλιζαον appellat, quod vitam suam amare vi-
 deatur, ideoque se ipsum nova perpetuo sobole & pro-
 pagatione conservet, siquidem quæ terræ parte ejus fo-
 lia adhæserint, in ea radices agunt, eaque ob id ῥιζοβόλα
 ibidem appellavit, hoc est, radices demittentia. Itaque
 quemadmodum vite, ut cecinit Maro, flexi propaginis
 arcus: sic in serpyllo, ramuli veluti propagines quæ danti
 radicanter. Sed ipsum Nicandrum audiamus.

ἢ ἐρπύλλωιο ῥομαῖον,
 Ὅς τε φιλιζαον νοτιρὴν ἴππι βίσκεται αἰανί,
 ῥιζοβόλοισι λαοσίον αἰεὶ φύλλοισι κατηρήσ.
 Serpentes, quod humo natum iuda repit, agensque
 Radices foliis, multa propagine vivit.

Ad verbum hic redde, vel pascua præbens serpylli, a-
 nimantibus non ingratum, humidam terram depascit: ra-
 dices suas circumsciscens, hirsutis semper foliis expansum, &
 pendens. Ad hos versus Scholiastes. Ἐρπυλλὸν ἰσποσίον, ὡς
 τὸ ἰσποσίον αὐτῶν πῶς ῥίζας ἰσποσίον. Ἐρπύλλωιο ῥομαῖον, διότι ἰσποσί-
 ον νίμειται. ἢ ῥομαῖον ἔσθεται, διότι πανταχού ῥομαῖον ἰσποσίον πῶς
 κλάδους: καὶ τὸ ἰσποσίον ὁμοφώνει τὸ κυρίον. Ἐρπυλλὸν ἢ ῥομαῖον
 ὡς τὸ ἰσποσίον, ὡς ῥομαῖον ἀπὸ τῆς ἰσποσίον, καὶ τὸ ἄλλο ἀπὸ τῆς ἰσποσίον, καὶ
 ἀπὸ τῆς ἰσποσίον. Ἐρπυλλὸν ἢ ῥομαῖον. Serpyllum ab eo dictum arbi-
 trantur, quod radices ejus per terram late spargantur expli-
 centurque, idcirco à Poætâ ῥομαῖον dicitur, vel ῥομαῖον ab eo-
 dem vocatur, quod ramulos quoquoque versum emittat, & hoc
 epitheton proprie ipsi cōvenit, herpyllus enim ab herpen-
 tendo nuncupatur, vivit (ad verbum floret) ad instar hede-
 ræ, aliis plantis se circumvolvens ac ambiens. Idem de ser-
 pyllo tradit Theophrastus, sed paulò melius libro secundo,
 de causis cap. 25. Ἴππὸν ἢ ἔσθαι ὡς δὲ ῥομαῖον καὶ ἄλλοι καυλὸν
 πύργου, & quæ sequuntur. Lege inquit καὶ τὰν ἰσποσίον τὸ
 ἰσποσίον, ἢ ἰσποσίον, vulgo ἰσποσίον, &c. Vide quæ cap. citato
 dicuntur. Latini serpyllum, à serpendo vocarunt. Plinius
 lib. 20. cap. 22. Serpyllum à serpendo putant dictum, quod
 in sylvestri evenit, in petriis maximè, sativum non serpit.
 Hæc planè contra Dioscoridem, sed de eo mox. Idem
 etymon tradit Varro lib. 1. de re rust. cap. 35. Ab Favonio
 usque ad Arcturi exortum rectè serpyllum è seminario trans-
 ferri, quod dictum ab eo, quod serpit. Melius rectiusque lib.
 4. de lingua Latina. Item ex Græcis vocabulis, Ἐρπυλλος,
 ῥόδον, addita & commutata una littera, serpyllum, rosa. A
 Græco ergo nomen habet, aspirationem Latini mutant
 in S. Duo Theophrastus serpylli genera novit, ut ex iis,
 quæ paulò ante de serpyllo dixit, cognoscere licet. Cul-
 tum sive sativum & sylvestre, nec aliud videtur hortense,
 sive cultura, quam sylvestre in hortos translatum. Duo
 etiam genera describit Dioscorides, unum sativum repens,
 alterum erectum sylvestre. Quam differentiam
 non observavit Theophrastus, ut ex iis, quæ paulò ante
 de serpyllo ex montibus allato cognoscere licet. Unde
 conjiciunt boranici summi, aliud serpylli sylvestre ge-
 nus descripsisse Dioscoridem, auget suspicionem, quod
 cognomentum rygis differentia gratia addiderit, indi-
 cans, plura esse genera sylvestris serpylli. De utroque
 Serpyllo hæc apud Dioscoridem lib. 3. cap. 46. legitur.
 Ἐρπυλλὸν ἢ ῥομαῖον ἢ ἰσποσίον ἢ ῥομαῖον ἢ ἰσποσίον, καὶ σφαιρω-
 μακρὸς. ἀνομασται ἢ ὡς τὸ ἰσποσίον τὸ ἢ ὡς τὸ ἰσποσίον ἢ ὡς τὸ ἰσποσίον
 ἢ ὡς τὸ ἰσποσίον. ἔχει ἢ φύλλα καὶ κλωνία ἐρασίον ἰσποσίον, πῶς ἢ ἰσποσίον
 καὶ ῥομαῖον. ὡς τὸ ἰσποσίον καὶ ῥομαῖον, ἰσποσίον ἢ ῥομαῖον. Ὅτι ἢ ἰσποσίον
 ἢ ῥομαῖον, ὡς ἢ ῥομαῖον καὶ ἰσποσίον. ὡς ἰσποσίον, ἀλλ' ὁρῶς κλωνία αἰεὶ
 λαπατῶν, φρυγανῶν, φύλλων ἀπὸ τῶν ῥομαῖον. ἰσποσίον ἢ ῥομαῖον
 ἢ ἰσποσίον, καὶ σφαιρωμακρὸς. ἀπὸ τῶν ῥομαῖον ῥομαῖον, ὡς ἢ ἰσποσίον
 ἢ ῥομαῖον. Φύττει ὡς πῶς αἰεὶ ἰσποσίον καὶ ῥομαῖον. ἰσποσίον ἢ ῥομαῖον
 τὸ κηρυτῶ ἢ ἰσποσίον, ἢ ὡς τὸ ἰσποσίον ἢ ῥομαῖον ἢ ἰσποσίον ἢ ῥομαῖον.
 Serpyllum est quoddam hortense, quod quidem odore sampsu-
 chum

hum imitatur, & in coronas addi solet: ita dictum à serpendo, quod radicetur, quacunq; sui parte terram attingat. Habet autem folia & ramulos origani, verum coloris candidioris, & è maceris demissum longius latiusq; propagatur. Alterum sylvestre, quod etiam xygis appellatur, minime serpit: at in altum assurgens ramulos edit tenues ac surculosos, foliis rutæ similibus refertos, verum utcunq; angustis, longioribus atq; durioribus. Flores gustanti acres, jucundi odoris: radix nullius usus. Nascitur in petris efficacius, magisque radfaciens, & ad medendi usum aptius, quam sit hortense. Primum ad generalia attendemus, dein specialia. Ait Dioscorides duo esse serpylli genera, unum sativum, alterum sylvestre: sativum reperere ait, assurgere sylvestre. Contrarium, ut supra dixi, Plinius lib. 20. cap. 22. Serpyllum à serpendo dictum putant: quod in sylvestri evenit, in petris maxime; sativum non serpit, sed ad palmi altitudinem increfcit. Pinguis volutarium, & candidioribus ramisque adversus serpentes efficacis &c. Plinii, si non corrupta, lectio, planè absona videtur; quippe vulgata Dioscoridis lectio auctoritate nititur, eandemque totidem ferè verbis subscipit Aëtius. Apud quem hæc de serpyllo habentur. Θερασπις εἰς πταύθη ἐστὶ δυνάμειος, ὡς καὶ μαριότι καὶ ἄλλοις κινεῖται, ἵνα ἢ καὶ αὐτὸς τῶν γούτων ἰκνοῦνται δειλῶν, διττῶν ἢ αὐτῶν τὸ εἶδος. ὁ μὲν γὰρ ἐστὶ κηφιστὴς, σαμψυχοῦ τῆ ἰσχυρῆ, ὁ δὲ ἄλλος ἐστὶ καὶ συζυγίς καλοῦται, ὅσα ἔρπον, ἀλλ' ὁρθῶς κλῶνται λέγονται φρυζαννίδι ἔχον φύλλα ἀπὸ πάλαι ἡμοῖα πηζάνῃ, κατέστανε, καὶ ἰπτικίστρα, αἰθρηνομῖνῃ δριμύτι, ὁ μὲν ἡδύς, ἵζη δὲ ἀχρηστῶν, φύεται ἐν πύλαις, ἀναρρίπτει. Ἐπιμαρτικῶν τε καὶ κηφιστῶν ἰσχυρῶν. Ἐστὶ αὐτὸς τῶν ἰατρικῶν γένῃσιν ἰσχυροτάτος. Serpyllum calfactoriam vim usque adeò habet, ut menses & urinas moveat. Est autem & gustu satis acre. Duæ ejus sunt species, altera hortensis, sampsuchum odore referens, altera sylvestris, quæ & xygis appellatur, non serpens, sed ramulos erectos, tenues, sarmentosos habens, folia ferè similia rutæ, subangusta & longiora, ac duriora, flores gustu acres, odoris jucundi. Radix autem inutilis est. Nascitur in petris, efficacior, & calidior quam hortensis, itemque ad usum medicum accommodatior. Apud Dioscoridem ergo mendum nullum. Plinii codex si corruptus, non parva emendatione, mutationeque opus videtur. Corrigit ex Dioscoride Dalecampius. Serpyllum à serpendo putant dictum, quod in sativo evenit, in petris maxime sylvestre, ac volutarium non serpit, sed ad palmi altitudinem increfcit. Sativum origano simile, foliis ramisque, sed candidioribus adversus serpentes, &c. Hæc lectio cum Dioscoride convenit, nisi quod Dioscorides, ut idem notavit Dalecampius, à maceris demissum prolixius crescere dicat: an igitur pro in petris, à maceris demissum legemus? Nimis torta emendatio. Alterum generale quod observare debemus, est quod Dioscorides rectè ad verba Theophrasti attenderit, cum δὲ τὸ ἔρπον dictum referat, quod radicetur quacunq; sui parte terram attingit, id est, quod Theophrastus ait, & nos supra annotavimus, in quacunq; volueris longitudinem trahi. Quod cauliculi statim ubi terram attingunt, novas faciant fibras, sive radículas. Supra dixi aliud Dioscoridem sylvestre describere genus, aliud Theophrastum. Id ex verbis Theophrasti supra examinatis patet, ubi docet serpyllum sylvestre deferri ex montibus, atque ut hortense fiat, in hortis feri, ac transplantari. Hactenus generalia, nunc particularia videamus. Ait Dioscorides serpyllum hortense σαμψυχοῦ τῆ ἰσχυρῆ esse, id est, odore sampsuchum imitari. Ad quod Græci Grammatici non attenderunt. Scribunt enim florem esse sampsucho similem, quod verum non est. Suidas. Ἐρπυλλοῦ εἶδος ἀθροῦς σαμψυχοῦ ὁμοῖον. Cogitaram quandoque vocem ἰσχυρῆ deesse, sed cum idem apud Phavorinum, aliosque legatur, deferui illam opinionem. Serpylli folia Dioscorides ὁρατῶν comparat. Corrigit viri magni, τραγοριάνῃ, quod tragorigani folium serpyllo sylvestri similia faciat. Vulgaram probat auctoritas Oribasii, interim haud multum intererit, an ὁρατῶν, an τραγοριάνῃ λέγεται. Nam Dioscorides lib. 3. cap. 5. scribit, τραγοριάνῃ γαμνίσκος ἵσιν, ὁρατῶν ἢ ἐρπυλλῶ ἀγροῦ ὁμοῖον τὴ φύλλα καὶ τὴ κλῶννα. Tragoriganum exiguus est frutex, folio & ramulis origano, aut serpyllo sylvestri similis. A' τὸ ἡ αἰμασίῳ &c. Marcellus ἀσὶ δὲ λέγει ἵπν, ἵν ἑρπύβους, quod apud Theophrastum reperitur ἡ αὐτὴ αἰμασίῳ φυτῶνδεις &c. Idem ex eodem Theophrasti loco scribit, ἵπν αἰμασίῳ εἰς φείας καὶ ἡέμενος. Theophrasti verba sunt, ἡ αὐτὴ αἰμασίῳ φυτῶνδεις, ἡ καὶ τὸ καὶ ἡέμενος. Δουξίστερος ἢ εἰς φείας, ita lege, πὸ δὲ ἡέμενος. Quæ Theophrastus de serpyllo, ea de sisymbrio, si non mendum, refert Plinius lib. 19. cap. 8. Simili modo sisymbrium serunt. Latissimum nascitur in puteorum parietibus, ac circa piscinas & stagna. Nemo sisymbrium latissimum in puteorum parietibus nasci, tradidit. Vox deesse videtur, ac legendum, Simili

modo sisymbrium serunt, serpyllum latissimum nascitur in puteorum parietibus. Εὐωξίστερος ἢ εἰς φείας vertit, in puteorum parietibus, cum juxta puteos nasci tradat Theophrastus. Malè αὐτὸς αἰμασίῳ vertit, circa piscinas & stagna. Sed fortè aliunde, quam ex Theophrasto id habet, in locis aquosis, sive humectis lætius provenire auctor est Suidas. Ἐρπυλλοῦ εἶδος ἀθροῦς σαμψυχοῦ ὁμοῖον. ὁ μάλιστα ἐν πῖσι ὑδασι δάλλει φυτῶνδεις ἢ εἶδος. ὡς τὸ ἔρπον τῆς ρίζας. ἵπν ἢ καὶ δὲ ἡέμενος. Serpyllum floris genus sampsucho simile, quod maxime in aquis vret, genus plantæ, quod à serpendo radicibus nomen accepit, estque odoratissimum. Nec Dioscorides, nec Theophrastus, nec botanicorum quispiam in humectis prodidit lætius reperiri serpyllum. Αἰμασία, non sunt loca humecta, sed potius petrosa, maceriæ sine luto cæmentorum. Helychius αἰμασία τὸ ἐκ πολλῶν λίθων λοζοῖδῃ ἀβεγοῦσα, sepes ex multis lapidibus congestæ & aggregatæ. Αἰμασία dicitur ὡς τὸ ἀμειψιδοῦ τῶν κατεβαίνοντων ἐπὶ τῆς κειμήλιον ἀκαθάρτων τῶν πύργων τῶν λίθων. A cruentando, quod supergredientes à collectis & aggregatis lapidum angulis lædantur. Αἰμασίας, quo dixi significatu, fit mentio apud Herodorum libro 1. Τὸ ἢ δὲ τὸ πύργον αἰπικρομύσιν ἀεὶ χυλὸς ἐκἀπὸ τῆ περὶ αἰμασίῳ ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἀρρῆται, deinde verò incurva utrimque ripa cœtilibus lateribus pro maceria prætexuntur. Αἰμασίῳ ergo loca potius petrosa sunt, quam humida. Summi botanici vulgare serpyllum, in Belgio, Germania, Italia, Gallia frequens, cognitum quo, & quod mulierculæ nostræ, quæ ex herbis vendendis victum quærunt, thymi alterius præstantiorisque nomine venum exponunt, pro veterum habent serpyllo sativo. Legitimum dicunt, quod nullum aliud serpylli genus in Italia reperitur: quasi non potuerit Columellæ, ac Dioscotidis temporibus ex Græcia, vel alia regione in Italiam deferri, ac illic in hortis coli. Sed videamus an cum delineatione veterum satis conveniat. Serpyllum vulgare nec ambit, nec amplectitur, instar hederæ alias plantas, nec quo sustentetur adminiculo eger. Eleganter ea de causa veterum serpyllum venustus poeta Pancrates apud Athenæum l. 15. dixit ἔλθῃ ἔρπυλλῶν. Vulgare serpyllum in ocimum degenerate, hæctenus nemo observavit, cultura thymi durioris naturam assumere, experientia didici, ramuli foliaque origano non habet candidiora, sed nigriora, sive ex nigro virentia. Quare pro καλοῦσπερ maluerunt alii legere, λεῖότερ, leviora. Sed alia

Serpyllum vulgare.



sunt, quæ impediunt esse verum serpyllum. Nam in maceris non provenit, sed juxta agrorum margines, pingui præsertim & petroso solo; quandoque tamen locis etiam visitur petrosis. Serpyllum vulgare his ferè verbis describit Dodonæus, ac de eodem hanc fert sententiam, Vulgari Serpyllo multi sunt exiles cauliculi, duri tamen, & lignosi, nonnulli in rectum palmi altitudine surgentes, alii repentes, & alicubi terra superficie exiguus fibris annexi, folia exigua, virentia, Thymi similia: capitula in cacuminibus rotunda, è quibus flosculi exeunt colore rubente purpurei, non raro etiam albidis: radices tenuissima ac fibrosa. Hujus

Hujus vero, & species quaedam, cujus cauliculi non serpunt: radix crassior, lignosa, tenui lanugine. Hæc quandoque tota canescit, ut in Bohemæ nonnullis collibus, ac locis desertis. Nascitur passim locis multis juxta agrorum margines, pingui præsertim & sæcundo solo; subinde etiam locis petrosis, & non modo in Germania, Bohemia & Belgio, sed & in Italia & Gallia sponte eunt, tota serè æstate, floris ejus provenit. Germani, Quendel & Hannel: Belgæ, Quendel/Wildden Thymus & onser vrouwen bodstroot. Hispani Serpel & Serpillo. Itali Serpillo, Galli Pillolet, Angli, Wild Tyme, Bohemi Materi Daulta, Officina Serpyllum, pleraque verò etiam Prilegum montanum nuncupant. Et passim quidem etiam Serpyllum veterum existimatur, nõ tamen tam Serpyllis quam Saxifragæ Dioscoridis respondens: Si enim diligenter & ad Serpylli utriusque & ad Saxifragæ descriptionem expendatur exiguum serpyllis, plurimum verò saxifragæ simile esse comperitur. Veterum etenim Serpyllum, quod quidem prius, præter quod ramulis & foliis simile est, in quantacumque altitudinem adminiculo fultum aut vicinis stirpibus mixtum crescit, & quandoque ex Ocimo per nimiam siccitatem mutato gignitur: alterum verò non serpit, & folio est rutæ, id est Hypericum & Centauri minoris (ut alibi ostendimus) longiore, Serpyllum verò vulgare humile est, frutices non conscendit, ex Ocimo non provenit, & foliis est multo quam Hyperici aut Centauri minoribus & brevioribus, omnino videlicet exiguis, ac Thymi, ut diximus, foliis similibus. Ex his serpyllum vulgare, non serpylli veterum aliquam speciem, sed saxifragæ Dioscoridis esse palam est. Saxiphrangam enim ait esse herbam thymæ similem in petris nascentem. Serpyllum autem vulgare thymum foliis & capitulis refert, & non raro in locis petrosis reperitur: propter eam siquidem aliquam cum thymo similitudinem habet sylvestre thymum, & à Belgis & ab aliis nominatur. Verba Dioscoridis de saxifraga hæc sunt. Σαξιφραγῶν, αὐτὴ σαξιφραγῶν, εἰς ἡμῶν περὶ Ρωμαίων σαξιφραγῶν, ὁμοίως ἐστὶ φροζανῶν, ὡς περὶ οὐκ ἐστὶν ἴσως ἴσως τὸ πρῶτον φρούδον, ὁμοίως ἰμφορῆς, hoc est, Saxiphragon, alii saxiphringen, alii empetrum, Romani saxifrangæ frutex est furculaneus in petris, & asperis nascens locis, thymo similis. Exemplaria quaedam ἰμφορῆς ἰμφορῆς legunt, sed emendatiora thymo habet. Hactenus Dodonæus. Caput hoc de saxiphraga in nonnullis Dioscoridis Codicibus lib. 4. cap. 16. reperitur, in aliis inter spuria, & rectè quidem rejectum, quod Latinum nom. contra Græci scriptoris morem Græcè profertur, nec ipsum caput apud Oribasium reperitur. Saxiphragam Romanis dicitur quod calculus frangat: quod ipsum & Dioscorides docet ad finem capituli, λέγεται τὸς ἐν κύσει δρυῶν ἐν ἕξει ἄνευ, calculum quoque in vesica frangit & urinas ciet. Apud Æginetam σαξιφραγῶν legitur pro σαξιφραγῶν, vel σαξιφραγῶν, Plinius tuchemanen saxifragæ nomen habere tradit, lib. 21. cap. 21. Eandem saxiphragam Dioscorides empetrum vocari ait. Hujus quidem empetri Plinius meminit lib. 27. cap. 9. sed calcifragam Romanis ait appellari. Empetrum, quam nostri calcifragam vocant, nascitur in montibus maritimis serè in saxo, quod propius mari fuerit minus salsa. Scribe, magis salsa. Empetrum hoc in Græcia se vidisse scribit Aloysius Anguillara; aliud verò est à saxiphraga Dioscoridis. Quippe Plinius empetrum frangit calculos, quod nec Dioscorides, nec Galenus, apud quod ejus extat historia, de eo scribunt. Plinii verba sunt, calculosque frangit, qui fidem dicto huic querunt affirmant, lapides qui subter petram unâ rumpi. Si non duas confundit plantas, hæc Plinius aliud de haber, quam ex Dioscoride. In vulgatis codicibus φρούδον & ἰμφορῆς legitur; pro quo in veteri codice φρούδον & λαπρῶν ἰμφορῆς ἰμφορῆς legitur. Apud Æginetam λήζων, id est, pulegio assimilatur. Dodonæus alique Botanici ὁμοίως ἰμφορῆς legunt, alii malunt ἰμφορῆς κατὰ δὴ ἀμῶν ἰμφορῆς, ac id esse quod Plinius ait vitem pituitamque educere, qua facultate sanè epithymum pollet. Postrema lectio si vera, serpyllum vulgare non erit saxiphragæ; purgandi enim vim nullam habet, Dodonæi si sequamur correctionem: serpyllum vulgare convenit cum saxiphraga. Nam thymum doris capitulis & foliis quodammodo refert. Recentiores aliis plantis saxiphragæ nomen imposuerunt, sed quarum nulli saxiphragæ veterum historia convenit. Sunt verò ex eisdem duæ umbelliferae, reliquæ carent umbella. A Dodonæo his verbis describuntur, Saxiphragæ duæ sunt: major unâ, altera minor. Major amplitudine foliorum, cauliumque altitudine minorem superat, folia variè scissis, Pâstinacæ, sive elaphobosci aut Sisari aliquatenus emulantur, sed nigriora, asperiora, minora, ambitu verò etiam serrata, caulibus bicubitalis, angulosus, striatus, can-

dicans exiguis flosculis: umbella semen quale Apii bortensis, acre, ferventisque gustus: radix oblonga, teres, candida, saporis acris, & salivam commanducata cietens. Minor primis ac radicibus proximis foliis priorem refert. Sunt tamen multo teneriora ac minora, circa cauliculos verò tenuissima, nec prioribus similia. Flosculi & semina veluti majoris radicle tenuiores quoque ac minores, sed minus acres. Germania ac Belgio utraque satis familiaris, sed minor frequentior. Læctum ac pingue requirunt solum, sed tamen incultum, veluti agrorum margines, & alia similia, quæ aratro non profcinduntur. Julio & Augusto flores ac semina profundunt. Utramque recentior ætas saxiphragam, aut saxiphragam appellat, quædam Petrasindulam, alii Bilbesnellam aut Bipennulam: Baprista Sarduus, deinde & Leonhardus Fuchsius Pimpinellam. Quamobrem à nonnullis Pimpinella Saxifraga nominatur. Est etenim & alia Pimpinella cognomine sanguisorba. Extat tamen & vetus versiculus, qui pimpinellam à saxifraga differre ostendit, qualis, est:

Pimpinella pilos, saxifraga non habet ullos.

Est siquidem sanguisorba, quam Pimpinellam vocat, nonnihil hirsuta: saxifraga verò hæc nequaquam: soliorum autem primorum saxifragæ minoris & pimpinellæ sanguisorbæ quædam similitudo. Majorem Germani Biberno, Brabantii Bevenaert, Bohemi Bedruff, Latini saxifragam magnam, seu majorem vocant. Minorem saxifragam hircinam quidam, alii Pimpinellam saxifragam minorem, Brabantii Bevernelle. Qui autem hanc saxifragam pyrethrum esse existimant, non parum à vero recedunt, Legitimum Pyrethrum Pemptadis tertie lib. primo descriptum est, quod si autem ad aliquam Dioscoridis referenda videatur, cum nullo cæius quam cum Brunno convenire poterit: caulibus siquidem angulosus est, & majoris digitalis serè crassitudinis. Folia inferiora aptè comparari possunt, superiora, præsertim minoris, longè tenuiora, flores in umbellis amethi similibus, semen odoratum minus quom hyoscyami, acre & excafciciens, quale Bunion esse Dioscorides ostendit, &c. Hactenus Dodonæus, qui de saxifraga alba sequente capite hæc tradit, Non est hæc umbellifera, sed nomen illi cum saxifraga commune in societate ejus pertraxit. Promittit autem ista folia aliquoties hirsutis & mediocriter longis pediculis rotunda, per margines crenata, hederae terrestris molliora & albidiora, inter que cauliculi attolluntur teretes, tenelli, dodrante altiores, lanuginosi in fastigiis, quorum flosculi quinque folii inalbiant: radix multas demittit fibras, cui superius veluti gramina insident, seminis Coriandri magnitudine, aut paulo majora, gustu amaricantia, colore partim purpureo rubentia, partim albidia. Locis herbosis, incultis in montibus, collibus, in Germania, tum in Bohemia multis locis gignitur; & nonnullis quidem locis altior & majoribus foliis: aliis & frequentius minor. Majo mense cum floribus reperitur, paulo post fibræ caulesque inarescunt, relictis circa radicem granis, quæ tempestivè colligenda, alioqui & evanida futura. Saxifragam recentiores appellant, albam cognominant ad differentiam ejus, qua capite superiore descripta est. Germanis weisse Steimbzech. Brabantii witte steenbakecc Gallis Saxifrage blanche. Huic à foliis aliquatenus similis alia quædam Saxifraga dicta reperitur, quæ Aureo cognomen accepit. Folia siquidem ei quoque sunt rotundiuscula, & ambitu serrata: cauliculi autem omninò breves, palmi altitudine, in quorum ramosis cacuminibus flosculi exigui, auriluceo colore resplendent; succedunt exigua rotunda vascula, in quibus rubens pusillumque semen. Reperitur in quibusdam palustribus ac riguis Brabantie ac Flandria locis, solo arenoso ac sterili. Majo ac Aprilis cum flore ac semine exit. Hactenus rursus Dodonæus. Harum dicimus plantarum nullam cum veterum saxifraga convenire, quod thymo sint dissimiles, nullamque; ut vult Plinius, purgandi vim habeant. Ad serpyllum redimus, cujus non saxiphragæ historiam Theophrastus tractat. Sativum serpyllum, quod descriptioni Dioscoridis respondeat hactenus nondum repperi. Sylvestre ejusdem serpyllum Zygis vocatur, ὡς τὸ ζύγιον ligando, seu vinciendo, quod eo ligarentur vites, quodque ramuli nativo lentore ramulis ad vincendum & vitilium usum idoneas habere crederetur. Id verò cum de serpyllo nemo tradiderit, non subscribo isti etymologiæ. Alii à trotina, quam ζύγιον Græcè vocant, rectitudine ejus ad rectitudinem ramulorum in serpyllò sylvestri vocem translata malunt. Fortè melius inde nomen impositum, quod plura folia ex singulisgeniculis conjuncta producat, vel, quod plures emittat ramos, ζυγῶν hoc est, conjugatos. Legunt viri magni ἀντὶ τῆς αὐτῆς ἰσχυροῦς pro quo mavult Clusius ζυγῶν, quo l nulla sit affinitas foliorum rutæ cum serpyllo.

pyllo, vulgatam tamen lectionem ab Oribasio defen-
sam & apud Ætium extantem præfero. Apud hunc pro
υπόστειον δὲ ἐστὶ καὶ ἰπικηκίστρα καὶ σκληροστρα habetur υπόστειον
καὶ ἰπικηκίστρα. Inrerpres vertit subangusta, longiora, ac du-
riora, vel Dioscoridis verba, vel, meliorem fortè secutus
lectionem, cum ἰπικηκίς mansuetum, lenem, atque æquum
significet. Dioscoridem defendit Nicander :

Ἡ ἐσὺ γ' ἔρπυλλον κεραιδέα πολλὰ κίκα κρήθιμα.

Vel Serpyllum cornibus simile, vel etiam crethnum.

Ad quem versum Scholiastes καὶ ὁ ἔρπυλλο εἶδος λαζαίσις
δὴ κεραιδέα φησὶν ἰπικηκίς, κεραιδέα ἰσὶ καὶ φουδα, serpyllum genus
olevis, cornutum dictum, quod folia habeat instar eorum.
Non figura puta, sed duritie. Ita ut codex Ætii sit cor-
ruptus. Scribe ex Dioscoride pro ἰπικηκίστρα, ἰπικηκίστρα,
quomodo & legit interpres. Flores ait Dioscorides ef-
se jucundi odoris, inodoros Theophrastus ; quem proinde
dicendum de altero loqui Serpyllo, vel comparativè
foliorum respectu id dixisse ; simili modo quo thymi sa-
turciæ, abrotoni, aliarumq; plantarum flores, licet odore
suavi non carentes inodoros dixit.

Serpyllum Zygis.



Serpyllum zygis quodnam sit inquirendum. Non esse
vulgare Serpyllum inde probatur, quod serpat, & folia
non longiora, angustiora & duriora foliis rutæ sint. Nar-
bonnense Serpyllum (cujus effigiem damus) an Zygis,
dubitatione non caret. Nam aliquo modo serpit, ramulos
tamen erigit, folia non habet rutæ similia, sed thymi vul-
gati paulò latiora, minus odorata, sed gravius nonnihil
olentia; utpote quorum odor sit ferè inter abrotonum &
stœchadem, mediis etiam ramis & radice, figura, & alti-
tudine perquâ simile, thymo duriori seu vulgari. Verùm
florum dispositione & odore, ut dixi, à vulgari thymo di-
scerni potest, Virgæ enim ramulique floribus verticula-
tim nascentibus vestiuntur, coloreis albo purpurascens
odore quo folia. Minor etiam ejus est acrimonia quam
thymi ; quippe quæ aliquid adstrictionis adnatum ha-
beat.

Serpyllum ergo utrumque inter ignotas referemus
plantas. Serpylli vulgaris plura observarunt recentio-
res genera, quæ a Bauhino in Phytopinace recitantur.
I. Serpyllum majus latifolium. II. Serpyllum latifo-

lium hirsutum. Quod in prodromo descripsit Bauhi-
nus. III. Serpyllum sativum. IV. Serpyllum vulgare
majus, flore reperitur vel candido, vel purpureo. V. Ser-
pyllum foliis odore citri, ex semine facile provenit, ad-
versus hyemis injurias nonnihil regi debet. Vulgatissimo
Serpyllo satis simile, crassiora tamen, & magis atra
habet folia, quæ trita, citrii mali, aut melissophylli odo-
rem referunt, quæ ad multos annos exsiccata servant ;
capitella quoque paulo majora sunt, magisque purpura-
scentia, similibus tamen flosculis prædita : crassiores ra-
mulos, quadrangulares, palmares, per teriam fufos, ad
singula internodia fibras agentes : radicè verò lignosam,
multifidam, fibrosamque, numerosos proferentem cauli-
culos, summa tellure se in orbem spargentes. VI. Ser-
pyllum vulgare minus; aliud foliis est rotundis, aliud acu-
minatis, & angustioribus, flos subpurpureus, roseus, can-
didus; pro cœli & loci diversitate odorem mutat, & ino-
dorum reperitur, aliquando thymum durius in serpyl-
lum degenerat, ut ocimum in serpillum transire obler-
vavit Theophrastus. Occurrit idem hoc genus cum capi-
tulis lanuginosis. VII. Serpyllum angustifolium gla-
brum aliquando inodorum est : aliquando odorem fo-
liorum nucis refert. VIII. Serpyllum angustifolium
hirsutum, vel montanum repens hirsutum. IX. Serpyl-
lum folio thymi, quod, ut dictum est, zygis Dioscoridis
existimant.

Τῶν δ' αὖθις ἔμιν, πρῶτον ἐκφαίνεται] Florum tempora
Philosophus noster tractare incipit: sed codex corruptus,
lacerus & depravatus. Exscripsit hunc locum Athe-
næus, vertit eundem Plinius, sed tam Athenæi & Plinii,
quam ipsius Theophrasti codex mendosus est. Apud A-
thenæum his verbis locus hic exscriptus reperitur lib. xv.
στρανωμακιστὸ δ' αἰθὴ κατελίγει Θεόφραστο, πὶ δ', ἰόν, διὰς αἰθῆς,
ἴφρου, φλόγα, ἡμεροκαλίς, πρῶτον ἢ τῶν αἰθῆων ἐκφαίνεται φῶς τὸ
λαοκίον, ἀμφοῖν αὐτῶν καὶ τὸ φλόγα καλούμενον τὸ ἀρξίον. ἰπικηκίς
νάρκισσον, καὶ αἰθῆλον, καὶ τὸν κτ, πρῶτον ἀνεμῶν καὶ τὸ καλού-
μενον ὄρειον, καὶ τὸ βολβὸν κῶδιον, συμπληκιστὸς γὰρ καὶ τὸν ἴσιον
ἰσὶ στράβις. ἰσὶ τούτοις ἦτι δὲ αἰθῆ καὶ τὸ μελάριον, καὶ τὸν ἀρξίον ἴσιν
ἐλλεχυστος, καὶ τὸ ἀνεμῶν χλωμῶν καὶ λαμῶν, & ἕξιον, καὶ ἰάκινθον.
τὸ δ' ἴσιν ὑστέρῃ τούτων καὶ τὸ λαοκίον μὲν φαίνεται, πρῶτον ἢ
πάντων. Plinius lib. xxi. cap. xi. Florum prima ver nunci-
ciantium, viola alba: tepidioribus vero locis etiam hyeme
emicat, postea quæ appellatur purpurea. Proxime flaminosa,
quæ & pl. lox vocatur, sylvestris duntaxat. Codiaminon bis
anno, vere & autumnno: astates hyemesque fugit. Seniores
supra dictis aliquanto narcissus & lilium trans maria: in Ita-
lia quidem, ut diximus, post rosam. Nam in Græcia tardius
etiam num anemone. Est autem hæc sylvestrium bulborum
flos, aliaque quam quæ dicitur in medicinis. Sequitur enan-
the, melanion, ex sylvestribus heliobryfos. Deinde alterum
genus anemones, quæ limonia vocatur. Post hanc gladiolus
comitatus hyacinthis. Notissima rosa. Eademque prima
deficit, excepta sativa: cæteris hyacinthis maximè durat,
& viola alba & ananthe. Sed hæc ita, si devulsa crebra pro-
hibeatur in semen abire; nascitur locus tepidis. Hæc inquam
longè corruptissima. Theophrasti codicem in hunc emen-
da sensum. τῶν δ' αὖθις ἔμιν ἡγεῖς πρῶτον ἐκφαίνεται τὸ λαο-
κίον, ὅπου μὲν ὁ αἰθὴ μελακίον, ὁ δὲ ἴσιν ἔμιν, ὅπου ἢ σκλη-
ροστρα, ὑστέρῃ, αἰθῆ καὶ ἴσιν. ἀμφοῖν ἢ τὸ λαοκίον, ἢ μεροστρα
πὴ ὑστέρῃ τὸ κελίον τὸ πρῶτον, καὶ τὸ φλόγα καλούμενον τὸ ἀρξίον.
ταύτα γὰρ αἰθὴ ἐκφαίνεται πρῶτον καὶ τὸ ἀρξίον ἴσιν ἀμφοῖν ; μετὰ
ἢ πάντων ὄρειον, & τὸ λαοκίον, καὶ τὸν κτ, πρῶτον ἀνεμῶν καὶ τὸ
ὄρειον, καὶ τὸ βολβὸν κῶδιον. Quæ sequuntur integra sunt, ni-
si fortè legere placeat, καὶ τὸ ἕξιον, καὶ ὁ ἰάκινθον. Ratio-
nem hujus correctionis dabo ubi plantas memoratas
examinabo, Verte. Florum vernalium prima viola alba se
ostendit. Nascitur, ubi calum clementius est, etiam nondum
hyeme exacta: ubi verò immittit, postea. Vere nonnun-
quam, cum viola alba, aut paulo post lilium exit purpureum,
postea flammæ viola, quæ vocatur sylvestris duntaxat. Hæc
cæteris omnibus, quibus coronarij utuntur, longè præcurrunt.
Post hæc narcissus, & lilium (album) exeunt, & ex tribus
anemones generibus quod montanum vocatur. Ad hæc bulbi
eriophori, id est, laniferi (vide cap. 13. lib. 7.) flos. Qui-
dam enim coronis hunc etiam inserunt. Sequitur enan-
the, & nigra viola, & δὲ sylvestribus heliobryfos, & ge-
nus anemones quod limonium vocant, & gladiolus, &
hyacinthus: & quibuscumque ferè aliis montanis utun-
tur. Rosa serior hisce est, & novissima quidem erumpit,
prima autem inter vernos definit flores: parum enim
temporis ejus flos durat; nam & reliquorum in sylve-
strium genere flores parum durant.

Τὸ λαοκίον] Scribendum, τὸ αἰθὴ ἔμιν ἡγεῖς πρῶτον
ἐκφαίνεται τὸ λαοκίον, ex Plinio probatur, qui vertit, flo-
rum prima
N n n

tum prima vey nunciantium, viola alba. Tepidioribus veyd locis etiam hyeme emicat. λευκοίον aliud bulbosum, aliud frutex. Prius à floribus candore nomen accepit: Posterior à foliorum canitie, cinereaque albedine; utriusque historiam hoc loco enarrabimus. Λευκοίου fruticis mentionem fecit Theophrastus lib. v. 11. Hist. Cap. 1x. ubi λευκοίον inter ἰππιουλόφυλλα recenset. Bulbosa folia in cauliculo non habet. Frutex foliatis cauliculis est, quæ de odore leucoij lib. vi. de causis cap. ult. Scribit Theophrastus, ea de frutice leucoio commodè intelligi possunt. Hoc verò capite v. 11. lib. vi. Hist. de leucojo bulboso agit. Florum vernalium primus leucoion bulbosum; cum hoc simul, aut paulò post exeunt pseudrocrocus, & aconitum hyemale, crocus supposititius, Theophrasto incognitus. Aconitum inter coronarias plantas referri non debet; sed an veteribus cognitum lib. 1x. inquiremus. Leucoion bulbosum apud nos ad finem Februarij, aut Martij initio, si hyems inclementior, floret. De hoc leucoio intelligi debet versus Horatij lib. 1. Carm.

Nunc decet aut viridi caput impedire myrto,
Aut flore terra quem ferunt soluta.

Inter coronarias plantas λευκοίον à Theophrasto recensetur. Quod in coronamenta assumitur ex Theocrito etiam discimus eidyli. ζ.

Ἡ καὶ λευκοίον ἐσφαιρον περὶ κρατὶ Φυλάσσω
Τὸν πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ Κρητῆρ' αἰφυσῶ.

Aut ex albis violis coronam in capite gestans,
Vinum in Ptelea natum è cratere hauriam.

Leucoion bulbosum.



Leucoij hujus genera plura observarunt recentiores; vulgatiore, quæque in Belgij hortis coluntur, à Carolo Clusio Watenesij toparcha lib. 11. Histor. plantar. cap. 221. describuntur. Ubi historiam videat lector. De frutice Dioscorid. lib. 111. cap. cxxxviii. egit. Λευκοίον, inquit, γλῶσσιμον ἴσιν, ἐστὶ δὲ αὐτῆς διαφορὰ ἐν τῷ ἄνθει, ἢ γὰρ λευκόν ἴσιν, ἢ μέλιον, ἢ κυανόν, ἢ πορφύρεον ἐνρίσκειται. Ἐστὶ δὲ αὐτῶν ἰατρικὴν πρὸς τὴν ἰατρικὴν χρῆσιν τὸ μέλιον. Leucoion vulgaris est notitia: sed est in floribus differentia. Namque aut albi, aut lutei, aut cærulei, aut etiam purpurei reperiuntur. Est porò leucoion luteum inter cætera præcipui in medicina usus. Leucoij fruticis descriptionem non tradit Dioscorides, quod suo ævo planta fuit notissima, uti hodie est. In flore quatuor observavit differentias. Has recensuit, quod non omnes usui medico inserviant, sed solum genus quod flore est luteo à Medicis in usum recipiatur; ideo eunta præcipui in medicina usus esse tradit. Reliqua enim genera nec ho-

die in medicina usum aliquem obtinent peculiarem, sed à Botanicis, maxime iis qui flores curant, floribus gratia coluntur. Hoc genus Virgilius pallens vocavit Eccl. 11.

Tibi candida Nais
Pallentes violas, & summa papavera carpens.

Non semper pallor in albo est, sed sæpe in aliis coloribus; sic aurum pallere lib. xi. Metamorph. scripsit Ovidius.

Saxum quoque palluit auro.

Idem frondes fructusque quercus pallere scribit, cum tamen lutei sint. viii. Metamorph.

Gemitumque dedit decidua queyrens,
Et pariter frondes, pariter pallefcere glandes
Cæpere, ac longi pallorem ducere ram.

Luteum leucoion Arabes & officinæ Cædri vocant, præpositoque articulo alcheiri: cyaneum sive cæruleum nunquam vidi. Vox κυανόν Botanicis admodum suspecta, idque quod flore cæruleo hæctenus nondum observari, nec in antiquioribus codicibus vox hæc reperitur, quodque eandem non legerit Oribasius, nec Serapio. Plinius quoque lib. 221. cap. vi. ubi violarum genera describit, cyami mentionem non facit; De violarum generibus hæc ibidem tradit. Violis honos proximus. Earum plura genera, purpurea, lutea, alba. (Hæc de frutice leucoio accipi debent, bulbosum enim has non agnoscit differentias) plantis omnes ut olus satæ, ex iis verò quæ sponte apricis & macris locis proveniunt, purpurea, latiore folio statim ab radice carnosa exeunt, solæque Græco nomine à cæteris discernuntur, appellata iæ, ut ab his janthina vestis, sed sativis maxima auctoritas luteis. Genera iis tusculana, & quæ marina appellatur, folio aliquanto latiore, sed minus odorato. In totum verò sine odore, minutoque folio calathiana munus autumnæ, cætera vris. Confundit Plinius utrumque leucoion. Etenim frutex leucoion radicem carnosam non habet, nec bulbosam, uti nec nigra viola differentiam illam in flore agnoscit. Non dissimulandum, Dalecampium annotare, in veteri codice scriptum esse, ab radice carnosa exeunt. Fortè scripsit Plinius, purpurea statim ab radice folio carnoso latioreque; exeunt. Sed hoc incertum. Verisimile apud Plinium pro purpurea viola, nigram accipiendam. Scribe apud eundem, pro sed sativis: è sativis maxima auctoritas. In Salmant. codice scribit doctiss. Pintianus pro calathiana, calatina legi. Fortè, inquit, restituendum permutatis literis calthiana à similitudine calthæ, cujus historia statim apud Plinium sequitur. Sed calathiana fortè à calathi dicitur figura. Quod si quis velit Pintianum sequi, is necesse habet negare, pneumonanthe cordi, sive campanulum autumnale Dodonæi, esse violam calathianam. Sed de hac quæstione alibi. Luteam violam, sive leucoion potius luteo flore in coronis nuptialibus præ cæteris locum habuit, quod luteus, sive flavus color esset nuptiis auspiciatus & consecratus, Plinius lib. 221. cap. viii. Lutei (coloris) video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum: & fortassis idèd non numerari inter principales, hoc est, communes maribus & fœminis, quoniam societas principatum dedit. Flammeis inquit nuptialibus. Flammeo novæ nupte velabatur caput, vel, quod lutei erat coloris, vel, quod eo flaminica, cui divortium facere non licebat, uteretur, eoque indicabant, sine diffidio matrimonium fore; novam que nuptam perpetuò cum viro mansuram. Nec tantum flammeo velamine usurpabant, sed etiam focis luteis, quod hisce versibus docet Seneca.

Cura distindo religavit auro,
Luteo plantas cobibente focco.

Primo versu docet, fasciis cruralibus auro intextis, quibus tibiarum & fœmina obligabantur usas fuisse novas nuptas: altero vero, focis luteis, quorum mentio fit apud Catullum in epithalamio Iul. & Mal. Luteum, inquit, pede focum. Ad hoc alludit Apul. lib. 1x. de laude asini, cingulo subligati pedes luteis induci calceis. Virgines reticulis tegebantur luteis pridie nuptiarum, ut ex hoc Tibulli apparet loco.

Flavaque conjugio vincula portet amor.

Non mirum ergo, si luteum leucoion in coronis nuptialibus locum habuerit. Leucoij plura genera recentior ætas observavit. quæ à Clariss. Dodonæo describuntur, quem videat lector.

Αμα δὲ τῷ ἴσιν. Codicem corruptum esse ante observarunt viri magni, sed quomodo restitui debeat hoc opus, hic

hic labor. Doctissimus Gaza legit ἀμα δὲ τῷ λευκοῖ ἢ μί-
 κρον πρὸς τὸ ὑστερον κρινον, ἢ τὸ φλόγιον, vel φλόγιον. Hæc lectio
 duplicet Scaligero, qui legit, ἀμα δὲ τῷ ἰσ, ἢ μίκρον ὑστερον
 τὸ κρινον, ἢ τὸ φλόγιον. Theodorus, inquit, non ἠρίζατος, sed
 κρινον, legit, malè. Sero enim floret lilium, sanè post rosam:
 aut, quemadmodum censee Plinius, medio ejus proventu.
 Senecio ineunte vere: unde & nomen, Gazæ quauquam in
 totum non probem lectionem, probabilior tamè videtur,
 quam Scaligeri, quod in ea veteris lectionis vestigia re-
 periantur. Corrigit Scaliger ἠρίζατος, cum senecio non sit
 coronaria planta, ineptaque ad coronas, De senecione vi-
 de lib. v. 11. Gaza, ut dixi, codice usus est, in quo antiquæ
 lectionis reliquæ extarent. Eiusdem lectionis, & in Plini
 antiquissimo optimoque codice, teste Clariss. Pintia-
 no, reperiuntur vestigia. Scriptum quippe in eo; *florum
 ver nunciant hi, viola alba. tepidioribus verò locis etiam
 hyeme emicat, postea, quæ lilia appellantur purpurea.* In
 optimo Thuaneo refert clariss. & nobiliss. Salmatius Lugd.
 Bat. professor honorarius primarius scriptum esse; *Postea
 quæ appellantur lilia & purpurea, proximè flammeum, quod
 vocatur, sylvestre duntaxat. Sacramento, ait idem, possim
 contendere, scripsisse Plinium: postea quæ appellatur ion &
 purpurea, proximè flammeum quod vocatur sylvestre dun-
 taxat. τὸ φλόγιον interpretatus est flammeum, quum sit flamm-
 mula. Alibi reinuit nomen Græcum, ubi Theophrasto di-
 citur φλόξ, ut capite præcedenti: colore tantum placet Io-
 vis flos, odor abest: sicut & ille, qui Græcè phlox vocatur. Ad
 hoc loco, ubi φλόγιον vocavit, diversum putavit florem, &
 flammulum Latine vertit. Theophrastus τὸ λευκοῖν pri-
 mum florum ver nuntiantium esse prodit, quæ tepidioribus
 locis etiam hyeme emicat. Ἀμα τῷ ἰσ, quod vocatur φλόγιον,
 sed sylvestre duntaxat florere ait, id est, cum illa viola quæ
 præcessit, id est, alba. Plinius accepit de ea viola quæ proprie
 ἰσ nominatur, & purpurea est. Contra mentem Theophras-
 ti. Nam paulo post ejus violæ meminist, & μίκρον ἰσ appel-
 lat, quæ est viola purpurea, eamque non cum viola alba flo-
 rem producere dicit, sed post narcissum & λειριον, qui flores
 etiam aliquanto seriores sunt viola alba & flammula. Pli-
 nius verò qui in verbis Theophrasti ἀμα τῷ ἰσ de viola pur-
 purea iam intellexerat, non potuit in sequentibus de eadem
 viola intelligere, ubi μίκρον ἰσ vocatur à Philosopho, sed de
 nescio quo alio flore inusitato id nomen sumpsit, quod ipse
 etiam corrupit, & melanthion vel melianthum indagavit.
 Sic enim omnes libri eo loco scribunt: Sequitur *anathe ac
 melianthum.* In indice de meliantho. Atqui ne ignosci qui-
 dem illi posset si scripsisset melanion. Nam violam nigram,
 aut purpuream debuisset dicere. Ut τὸ λευκοῖον non leucojon
 dixisset Latine violam albam. Hæc sunt indubitatissima.
 Hactenus Salmatius. Cui non subscribimus, idque, quod
 adeo stupidum fuisse Plinium non existimemus, ut distin-
 guere inter albam & nigram violam non nosset. Lectio-
 nis antiquæ vestigia contrarium docent. Ex iisdem scrip-
 sisse Plinium conjicimus. *Florum prima ver nuntiantium
 viola alba, Tepidioribus verò locis etiam hyeme emicat. Po-
 stea lilium, appellatur purpureum. Proximè flammea viola,
 quæ & phlox vocatur, sylvestris duntaxat.* Apud Theophrastum lege,
 ἀμα δὲ τῷ λευκοῖ ἢ μίκρον πρὸς τὸ ὑστερον κρινον
 τὸ πρὸς φθρον ἢ τὸ φλόγιον. Vere nonnunquam cum viola alba
 aut paulo post lilium exit purpureum; & quæ viola flam-
 mea vocatur sylvestris duntaxat. Indagandum, quodnam
 illud lilium purpureum, quod tam maturè floret: de vul-
 gato enim intelligi non potest.*

Τὸ κρινον τὸ πρὸς φθρον. Simul cum leucojo five viola alba
 lilium purpureum florere scribunt Plinius & Theophras-
 tus. Vulgare lilium rubrum purpureumque paulo ante
 album floret. Ergo illud Theophrasti esse nequit: quod
 verisimile esse ipsi fatemur, verū purpureum Theophras-
 ti lilium dicimus esse plantam, quam dentem caninum
 vocant. Hæc simul cum leucojo, vel paulo post, florem
 emittit, quod tulipas colentibus notissimum. Adeo ma-
 ture floret, ut, ne à frigore lædatur, tegi solet dimidia-
 ta vitrea lucerna, in illum usum à tulipariis excogitata.
 Floret Martio mense, cum nulli alii flores, quæ leucojum,
 pseudocrocum, primula veris, acōnitum hyemale, pauci-
 que alii apparent. Lilium purpureum vocatur, quod
 folia lili habeat, sed minora, ac rubris maculis; maxime,
 quod flosculus huic sit lilio sylvestri similis tum forma,
 tum repandis sex extrorsumque reflexis foliolis, toti-
 demque è medio prominentibus cum suis apicibus stami-
 nis. Primò statim ineunte vere, hyeme soluto, bina plu-
 rumque, rarò terna emittit folia, mutuo se amplectentia
 floremque occultantia, ad lilium quàm proximè acce-
 dentia, nisi quod breviora & latiora sint; ac allium ur-
 sinum nonnihil referant; crassiora tamen, magisque car-

Dens caninus.



nosa, multis magnis maculis ex atro purpureis variega-
 ta, basi angusta, paulatimque in latum extensa, dein in
 mucronem desinentia. Foliis expansis flos emicat do-
 drantali pediculo, enodi & vacuo, purpurascensque inni-
 tens, sex oblongiusculis foliis constans, deorsum infle-
 xus & spectans, qui aeris (solis radiis calefacti) calore a-
 peritur, foliaque sursum reflectit, cyclamini instar, ele-
 gantis & dilutioris purpurei coloris, fenis intus stamini-
 bus purpureis, & candido trifulco stilo, nullo odoris gra-
 tia placens, sed sola elegantia commendabilis. Flori suc-
 cedit trigonum capitulum, continens aliquot semina
 leucoji bulbosi præcocis alterius seminibus ferè respon-
 dentia, sed longiora, gracilioraque, flavescentis coloris.
 Radix longa; infima sede crassior, multisque candidis fi-
 bris stipata, & plana quadam appendice, unica, aut plu-
 ribus, donata, quæ veluti radicum superioris anni & præ-
 cedentium aliquot vestigia sunt, parte autem superiore
 paulatim gracilescens; unde caulis emergit, summa tel-
 lure bina folia proferens. Quandiu nullum florem dat
 hæc planta, unico duntaxat exit folio. Apud Batavos in
 hortis colitur, spon. nascentem observavit Clariss. Ca-
 rolus Clusius ad montium quorundam radices, herbido &
 udo solo, non procul Gratzio Stirie provincie metropoli.
 Aliud etiam genus apud Batavos in hortis reperitur, spon-
 teque crescit in Apennino & Euganeis montibus, cujus
 folia longiora, maculas albas diutius retinentia, initio
 emeunt, florem etiam amplectentia, qui prædicto
 major plerumque est, vel lactei omnino candoris, vel mi-
 stis purpurascens alboque coloribus constans, staminibus
 albis, apicibus nigricantibus. Huic succedit trigonum ca-
 put semina alteri paria continens: radix etiam longa, &
 superiore crassior. Doctiores dentem caninum satyrium
 erythronium veterum esse existimant: sed radix dentis
 canini magnitudine ne cum exiguo quidem malo compa-
 rari potest. De satyrio Theophrastus lib. ix. agit, vide
 quæ annotata sunt. Malunt alii ephemerum Dioscoridis
 esse. Ephemerum aliud venenatum, sic dictum, quod uno
 die necet; de quo vide lib. ix. Caninus dens veneni nihil,
 quod sciam, aut audierim obtinet. Alterum ephemerum,
 describit Dioscorides lib. iv. cap. lxxxv. Εὐφρασην, οἱ δὲ ἰσιν,
 ἀρβαν, φύλλα κὶ κροτὸν ὁμοία ἔχει κρινος, λιπαρότατα δὲ αἰθὴ λευκῆ
 πικρῆ, κρεσσὶν δὲ μαλακῆ, ῥίζα δὲ ὑπὸσι δακτύλου, πύρρον μεία,
 μακρόν.

Cythronium, Dens caninus herbariorum.



μάκρῳ, ἐπιπλή, ἰσώδης. Φύεται ἐν ὄρεσι καὶ πεδιστοῖσι. Ephemerum, quod aliqui agrestem irim appellant, caulem foliaque habet lilij, sed hæc tenuiora: flores candidos, amaros: semen molle: radicem unam, digitali crassitudine, longam, adstringentem, odoratam. Nascitur in sylvis & opacis. In altero codice pro ἰσὼ ἀγρίων κείνοι, ἀγρίων legitur, quomodo & apud Serapionem, qui utrumque confundit ephemerum. Hanc lectionem improbo, quod apud Galenum & Aeginetum reperitur; Ἐφήμερον δὲ τὸ δηλητηριώδες, ὃ καὶ κάλχηρον ὀνομαζοῦσιν, ἀλλὰ τὸ ἴτιον, ὃ δὲ καὶ ἰρίς ἀγρία καλεῖται, φύλλω μὲν καὶ κεντρῶν ἴσῳ ὁμοίων κείνῳ, ῥίζῳ δὲ μακροτέρῳ, ὃν ἐπιγυρῶν ἀσπίρη τὸ κάλχηρον, ἴσῳ δὲ δακτύλου μὲν μάλιστα τὸ παχὺ, ἐπιφουστὸν δὲ καὶ ἰσώδης. Ephemerum non illud deleterium quod Colchicum vocant; sed aliud, quod iris sylvestris dicitur, folia & caulem lilio similem obtinet, radicem non rotundam, ut Colchicum, digiti potissimum crassitudine, adstringens, & boni suavisque odori. Dens caninus, radicem habet parvam, rotundam verius quam longam, caret caule lilij, sed pediculum fert tenuem, e quo flos dependet. Ad ephemeris sortassis classem pertinet planta, quam Lyfimachiam Virginianam vocatam, libro quarto descripsimus; Ephemerum dici meretur, quod flos ultra diem non duret; sub vesperam enim aperitur, & ad sequentis diei occasum flaccescit, non ineptè quis lyfimachiam filiquis rhododendri vocabit, quod fructus rhododendri lobo non dissimilis. Sed & vulgaris lyfimachia χαμαίνηλον eandem ob causam dicitur. Eadem & ἐπιλόβιον à quibusdam vocatur, quod flos sit lencojo similis, super siliquam natus. Lyfimachium describit Dioscorides lib. iv. cap. III. Λυσιμάχιον, ὃ καὶ λυσιμαχίου, καλεῖται αἰθίορα περὶ τῶν ἰσῶν, καὶ καὶ μείζονας, λεπτοῦς, ἡμερωδέας, αἵ τὸ ῥῶν τὰ ῥῶν αὐτῶν φέροντες ἐκ φύσεως ὡς ῥῶν αὐτῶν αἰθίορα τῶν ἰσῶν, ἐπιφουστῶν ἐν τῇ γῆσει. αἵ τὸ πύρρον ἢ χερσοειδέες. Φύεται ἐν ἰσῶσι τόποισι, καὶ ὡς τὰ ὕδατα. Lyfimachia, quam aliqui litrum appellant, caules emittit cubitales, aut etiam altiores, tenues, fruticosos, à quorum geniculis folia prodeunt salignis similia, gustu adstringentia: flos fulvus aureusque. Nascitur in palustribus, & secus aquas. Τὸ πύρρον quandoque ruffum, quandoque fulvum, haud ita magno discrimine, exponunt colorem. Ruffus in tauro est non plane rubens, sed ad flavedinem declinans, fulvus in leone. Fulvum vulpis dorsum, in pannis hunc colorem leonatum vocant. Conflatur ex flavi fuscique, comparatione ruffus, fulvus ex ruffo & viridi. In veteri codice pro αἵ τὸ πύρρον ἢ χερσοειδέες, scriptum est; αἵ τὸν χερσοειδέος αἵ τὸν αἰθίορα flos aureus quasi in umbella. Hæc lectio si vera, non tantum optime cum delineatione Dioscoridis convenit Lyfimachia vulgaris, cujus imaginem exhibemus; sed etiam siliquosam non esse legitimam pictura ostendit. Quippe quod non in umbella ferat flores, sed in summis virgulis, filiquis exiguis antea enatis insidentes, qui raro albescunt, sed frequentissime rubent eleganti purpureo colore. Hæc poterit esse Plinij, cujus descriptionem & etymon tradit Lib. xxv. Cap. vii. Invenit & Lyfimachus herbam Lyfimachiam, quæ ab eo nomen retinet, celebrata Erasistrato. folia habet salicis viridia, florem purpureum, fruticosa, ramulis erectis, odore acris, gignitur in aquis. Vis ejus tanta est, ut jumentis discordantibus iugo imposta, asperitatem cohibeat. Postrema suggerunt, Lyfimachiam non tam nomen à rege accepisse, quam ὡς τὸ λυσιμαχίον, quod pugnam & animalium certamen solvat, dirimatque: vulgatum tamen etymon placuit Helychio. Apud quem scriptum reperio Λυσιμάχου (lege λυσιμαχία) βοτάνη ἐπιφουστὸν ὑπὸ Λυσιμάχου herba est à Lyfimacho reperta, veruna

tamen etymon quod dixi, nempe ὡς τὸ λυσιμαχίον quod hostiles acies, pugnamque animalium dirimat, eadem de causa & λυσιμαχίον dicta est, quod abigat malum, & liberet à discordia animal. Idem Plinius vel libertum legere imaginatus est ἄνα πύρρον πύρρον, vel τὸ πύρρον male vertit purpureum. Pro πύρρον enim apud Dioscoridem πύρρον restitui nec debet nec potest: vulgata enim lectio apud Oribasium reperitur. Sed mendosus Plinii codex. Notat in margine Dalecamp. in veteri codice scriptum esse, pro aureum, purpureum. Quod non tam Plinium errasse persuadet, quam illos, qui codices ejus exscripserunt. Utcunque sit, nec πύρρον scripsit Dioscorides, nec πύρρον, purpureum explicari potest. Acricum scribit esse colore, fabulosa tradit, nec ad Græci auctoris mentem satis attendit, nullum lyfimachia genus. Haussit hoc ex Dioscoridis verbis male intellectus, qui acris odore esse non scribit, sed acerrimum nidorem suffitu dare tradit; ἰσχυρῶς δὲ δριμύτατον ἔχει τὸν κεντρῶν ὡς τὸ ἐπιπλή δὲ καὶ μὴ ἀποκταίεται. Acerrimum vero habet nidorem suffita, adeo ut & serpentes abigat, & muscas enecat. Lyfimachiam recentiores alia veram, aliam spuriam affirmant. Vera flore luteo est, diciturque salicaria, & Bæderich Belgis. Ruellius hanc à Gallis cornelle, corneille, & coroneolam vocari auctor est. Huic, sed temerè, refragatur Senensis, qui à Ruellio pro Lyfimachio exprimi contendit cerettam Italorum, quæ genistæ species est. Ab omni tamen errore immunis dici nequit Ruellius. Lyfimachiam enim luteam vult esse herbam, lutum vel luteam dictam: à qua multum differens est; nam ad tincturam inepta est. Sed gravius erratum eorum, qui scribunt, appellari pelisbosiam, quasi pestifugam. Pelisbosia siquidem Lyfimachij species non est, sed ranunculi, qui flammula vocatur, folio oblongo, angusto, & salicis figura, in pratis apud nos satis frequens, ulcerandi vi prædita, quodque corpori admota brevi temporis spacio vesicas excitat, virusque pestilentium bubonum extrahit. Legitimam Lyfimachiam Dodonæus describit his ferè verbis. Legitimum Lyfimachium fruticosum est, multis cauliculis assurgit rectis, plurima parte rotundis, nonnihil angulosis, geniculatis; duos aut tres pedes altis: foliis è singulis nodulis ternis, quaternisve, oblongis, angustis, salicis similibus; ambitu tamen haud quaquam incis; flosculi in summis alis exeunt lutei; succedunt ro-

Lyfimachium.



tunda, parvula, coriandri amula semina; radix tenuis per obliquum serpit & pluribus locis progerminat. Palustribus & aquis locis juxta rivulos, scrobes, aggeres, ac margines agrorum gignitur. Iunio Iulioque cum flor exeperitur Purpu-

Purpureo huic Pseudolysimachio cauliculi bicubitales, saepe numero complures, ramosi, ac teretes: folia angusta, per margines crenata, veluti salicis: flosculi in summis virgulis, siliquis exiguis ante aenatis, insident raro albicantes; frequentissime rubente colore eleganter purpurei, ex quatuor foliis, quandoque angustioribus, interdum latioribus, in siliquis exigua semina, molli, tenui, candidaque lanugine implicantur. Pro radicibus tenues fibræ huc illuc repentes. Hujus & alia minor est species, à priore sola magnitudine differens: flosculi verò & minores, & dilutius rubentes. Iuxta scrobium, fossarum, fluviorum, rivulorumque margines, aliisque locis humidis reperitur: quandoque tamen & in ficcoribus exit, præsertim quod latioris folij florem gignit. Tota fere æstate floret. Lysimachij species habetur, & à Fuchsio ante nos pro Lysimachio purpureo descripta: non est tamen legitimū Lysimachium, sed spurium ac Pseudolysimachium. Quæ de causa & aliis maluit ipsum nominibus Gesnerius

Pseudolysimachium.



compellere. & Epilobion aut Chamænerion vocitæ; ἐπιλόβιον quidem, quod flos sit leucojo similis, super siliquam natus: χαμαίνιον verò à similitudine aliqua cum Nerio Rhododendro, præsertim altius assurgens, cujusque flos è latioribus foliis compositus exiguum rosam æmulatur. Idem verò & Antonianam dici à nonnullis refert; sed tamen & aliam ait Antonianam esse, quæ dentium dolori medeatur. Nominatur verò & passim filius ante patrem; propterea, quod siliquæ apparent prius quam flos, quasi proles parente prior. Censetur etiam à quibusdam Onagra veterum; quæ & Oenothera sive Onuris. Dioscorides verò hanc ait esse fruticem prægrandem, arboris instar. Lysimachium verò istud purpureum non nisi herba est, hieme etiam marcescens, tantum abest, ut frutex sit, aut arborem æmulari queat. Pseudolysimachium purpureum alterum caules promit rectos, fere bicubitales, quadrangulares, articulatos: folia è singulis geniculis bina, ex adverso locata, oblonga & acuminata, ad veri Lysimachij satis accedentia, flosculi superius verticillatim ambientes caulem convestiunt, colore eleganti rubentes. Semen haudquaquam in siliquis, sed in loculis, è quibus flores exciderunt, sequitur exiguum, radix crassa dura, foris nigricans, durabilis natura. Locis istud exit aquis juxta ripas fluminum, ac aliis perinde humidis; Æstate cum aliis floret. Recentiores & huic Lysimachio purpureo nomen dederunt: Pingitur & pro altero Lysimachio: Est vero non minus quam prius purpureum, spurium quoque ac falsum Lysimachium, sive Pseudolysimachium. Apud Belgas plerique *partpche* appellant. Falluntur qui pro Hepatorio colligunt; sed multo magis, qui ipsum centauri speciem esse ventur. Cærulei Pseudolysimachij rotundi sunt caules, sesquicubitales:

folia oblonga veluti Lysimachia, sed ambitu serrata, & profundius quidem quam primi Pseudolysimachij purpurei, superna parte virentia, inferiore vero albidiora, quibus caules tamulique convestiuntur: flores in summis virgulis spicati, cærulei, lavandulæ quodammodo æmuli, sed inodorati, & alterius figure: quos exigua sequuntur capitula, in quibus semen minutissimum. Radix multis fibris capillata propagines emittit, quibus late serpens seipsam stirps multiplicat. Nascitur apud Germanos in fossis aquam recipientibus, ut Gesnerus ait, in hortis apud Belgas facillè luxuriat, soli expositis locis, non omnino aridis, umbratis, non proficiscit, aut agrè. Tota æstate flores gignit. Lysimachium cæruleum appellant, sed tamen veluti purpurea, & Pseudolysimachium quoddam, quod à florum colore cærulei cognomen accepit. Nonnulli lavandulum sive vestrem, sed parum rectè, vocant: Veronicam dicunt alij: Gesnerus anagallidis aquaticæ speciem potius dicendam existimavit; nulla tamen anagallidis aquaticæ similitudine affinem. Hodie Lysimachiam vocant spicatum, à flore spicato.

Φλόγιον. Legendum esse φλόγιον ex hoc ipso capite probatur, cum ait ἐν μακροῖς ἢ φλόγιον. Diminutivum præterea φλόγιον ἀπὸ τοῦ φλόγος; sic ἀπὸ τοῦ ἕϊφους. ἕϊφιον, ἀπὸ τοῦ στυβοῦ, στυβιον, δὲ ἡμεῖς, ἡμεῖς. Sed nomen videtur impositum ἀπὸ τῆς φλόγος & ἰοῦ, quod ex violæ fit genere, floremque in quo flammei quid emicet, habeat. Apud Athenæum φλόγα legitur, quomodo & capite præcedente apud ipsum Theophrastum, sed corruptè, scriptum est. Ubi inter ea φλόξ numeratur, quæ flore placent, ac odore carent. Hoc capite vernum esse florem scribit, & inter vernaes, quæ primo vere florent, recenset, plurimumque durare scribit. Φλόγιον, est viola, quam flammeam vocamus. Hujus violæ descriptionem, supra, ubi de violis in genere egimus, dedimus. Non tantum in nostris arenosis frequens locis, sed etiam hortis. Sylvestri speciosior est, & elegantior; verè paulo ante nigram, vel cum ipsa nigra flore onusta conspicitur. Durat hic per totam æstatem, autumnique partem maximam, adè, ut ipso hyemis initio florentem viderim. Sed idem flos non tam diu permanet, sed uno pereunte succedit alter, huic tertius, illi quartus, & sic deinceps. Viola hæc flammea vulgo tricoloris dicitur, à triplici floris colore, qui longiusculis pediculis insidet, forma violæ ingratæ similis & magnitudine, ut plurimum triplici colore præditus, flavo sive potius flammeo rutilante, purpureo, albo vel cyaneo. Sed integram plantæ descriptionem supra dedi, ex qua facillè cognoscet lector, omnes phlogii Theophrasti notas habere; odore quippe caret, maturè satis floret, floreque placet omnibus, tulipariis solis exceptis, qui nullos nisi raros, multique pretii colunt flores, vulgatos etiam elephantissimos, quique colore admodum variant, placentque cæteris hominum generibus, nihil morantur. Elleboro opus habent, ut mania hac liberari possint. Cogitaram quandoque, auriculam urfi φλόγιον Theophrasti esse, quod florem haberet rubro flammantem colore, sed non satis cum delineatione Græci nostri auctoris convenireprehendi. Hujus quoddam genus tuliparii nostri hæctenus coluerunt, nondum descriptum. Flore quippe est vario, ex eleganti purpureo rubro, niveoque candido, aspectuque grato. Hanc coloris varietatem, ac venustatem cultura accepit, ejusdemque negligentia facile amittit, difficulterque recuperat. Vulgaris jam esse cepit, & à Tulipariis idcirco hodie negligitur. Rara tantum apud ipsos chara. Auricula urfi ad primulæ veris classem referri debet. Folia lata, grato virore albicantia responderent, nisi lævia, absque rugis carnosæ, atque omnino crassiora essent. Pediculus tenuis, teres, qui è mediis effertur, flosculos fastigio profert complures, primulæ veris acacoris æmulos, plerisque locis luteos, aut albos, aut niveos, alibi purpureos aut dilutè rubentes, nonnunquam rubescentes, sanguinis modo, atroque colore Radix compluribus crassis, oblongis fibris firmatur. In foliis hanc observavimus varietatem, quod alia lævia & viridia, alia incana vel canescentia. Quandoque densiora, nonnunquam tenuiora, aliquando majora, aliquando minor. Hanc urfi auriculam Botanici summi alisma Dioscoridis esse contendunt. Alisma ab eodem lib. 3. cap. 169. describitur. Ἀλίσμα, οἱ ἢ ἀλκίαν, οἱ ἢ δαμάσκηνο, οἱ ἢ ἀκροῦ, οἱ ἢ λίαν καλῶς φούρα ἰδὲ ἰχθυί (verus addit εὐσεμῶ) ἀρογλάσσω ἔρωμα, πρῶτον δὲ, καὶ ἰπὶ γῆν καὶ ὕδατα, καὶ ἐς ἢ λιπῶσι. ἀπὸ τοῦ ἕϊφους καὶ φούρα. ἡρσενειδὴς ἀθη λιπῶσι λιπῶσι, ἔπιπυρα ἕϊφους αἰ μέλας ἐκθερῶσθαι λεπταί, δὲ ἄδεις, δριμύται, ὑπο: ἰπταῖσι. ὑδρηλά οἱ φιλίαι χαρῶτα. Ἀρμύζει ἢ ἰζὺα πικροδρῆ σὺν ὄνι ὄσσι. & αἰ ἢ β' τοῖς λαγῶσι βεβαρῶσι γαλακτοῖσι, καὶ τοῖς ὑπο φρένυ διχρῆσι, καὶ τοῖς ὑπο: ἰπταῖσι.

ἄλιστα. *Alisma* aliqui *alceam*, alii *damasonium*, alii *acyron*, alii denique *lyron* appellant. Folia es plantagini, sed angustiora, convexaque in terram. Caulis tenuis, simplex, cubito altior, thyrsi specie, habens in cacumine capitula. Flores tenues, candidi, pallefcentes, radices, ut veratri nigri, tenues,

Alisma.



odoratæ, acres ac modice pingues: aquosos amat tractus. Radix drachmæ unius aut alterius pondere in vino pota his convenit, qui leporem marinum devoraverunt, isque qui à rana rubeta demorsus sunt, ut & iis qui opium hauserunt. Describit & *Alisma* Plinius, lib. 25. cap. 10. Item *Alisma*, quam alii *damasonium*, alii *lyron* appellant. Folia erant plantagini, nisi angustiora essent, & magis laciniata, convexaque in terram, alias etiam venosa similiter, caule simplici & tenui, cubitali, capite thyrsi: radicibus densis, tenuibus & veratri nigri, acerbis, odoratis, pinguibus. Nascitur in aquosis. Alterum genus in sylvis, nigrum, majoribus foliis. Duo *alismatis* genera observavit ergo Plinius; unum Dioscorides: alterum *alifina* (Græcos sequor) iidem Botanici primilam veris, vulgo etiam notam, existimant. Primilæ veris alia major, alia minor major, (polyanthos, quod plures in singulis ferat cauliculis, folia promit lata, rotundis tamen longiora, rugosa, instar foliorum *Betonicæ* (unde à Belgis *Betonica* dicitur alba) quibus tamen majora sunt, & dilutius multo virentia, per margines nihil aut exiguum admodum servata. Assurgit è medio stylus tenuis, nudus, dodrante non altior, cacumine flosculos aliquot promens, ambitu denticulatos, frequenter deorsum nutantes. Radix fibrosa in diversa spargitur. In floribus hujus non exigua differentia: quandoque eleganter lutei reperiuntur: sæpius pallidi, ac dilutius colorati, quasi albidii. Non raro & nivei videntur: aliquando odorati sunt, plerumque odore carentes: proliferae etiam & multiplices plerisque in locis. Minor, quæ unicum in singulis fert cauliculis florem, foliis majorem refert; sed tamen minoribus multo: pediculi tenues in mediis foliis attolluntur breves, vix palmi altitudine; in quorum fastigiis flosculi singuli pallidè lutei, prioris similes. Radix similis in fibras abit. Hujus speciem vidimus floribus herbaceis, obscurèque virentibus, qui & quandoque folia multiplicat. Amant primulæ veris loca humidiora, non tamen omnino rigua, in sylvis sæpius occurrunt: reperiuntur verò & quandoque in apertis & patentibus. Martio Aprilique florent, et si Hyems clemens fuerit, maturius. Primulas veris vocant, quod primo floreant vere, vel, quod inter primos vernos conspiciantur flores. Vocantur & artheticae, & herbae paralyticae, quod autritidi nervorumque dolori medeantur. Ad phlomidem, Latinis verbascula dicta, à plerisque referuntur. Sed cum folia ejus, nec hirsuta, nec rotunda sint,

ægrè eò pertrahuntur. Phlomidem folia *duos* habent, qualia primulæ veris dici nequeunt. Plinius lib. 25. c. 10. Sunt & phlomidem due *Hirsuta*, rotundis foliis, humiles. Dioscorides lib. 4. cap. 4. Ἔστι δὲ καὶ φλομίδες διπλοῦς, ἀειφύεις & γῆ τροχύλα ἔχουσα πικρὰ φύλλα. Sunt porro & phlomidem due, hirsuta, humiles rotundisque foliis præditæ. De verbasco videat quæ lib. 9. dicuntur lector. Ad *alifina* revertor. Ἄλιστα dictum volunt à voce ἄλιστα, quæ maris allisionem sonat atque jactationem, convenireque *alifinæ* contendunt; quod in aquis degat. Sed illud si verum etymon & nominis ratio, ἄλιστα cum aspiratione scripsissent veteres, non leni spiritu pronunciaissent ἄλιστα. Dicitur autem ἄλιστα quasi ἴσμα & ἄλιστα quod virus & malitiam venenatorum animalium frangere & debellare novit; vel ἄλιστα τὸ ἄλιστα & ἴσμα quod sciat propulsa venenum leporis marini, & ranæ rubetæ, opiique. Eadem de causa ἄλιστα τὸ δολιχόλεον & λαγὸν γελασίου, quod domet noxam leporis marini. Ἀλίστα nomen accepit ἄλιστα τὸ ἄλιστα, quod liberet demorsos & ab opio lætos. Ἄλιστα autem propriè non *alifina* est, sed malva quædam sylvestris, ut suo loco dicam. *Alifinæ* folia Dioscorides ait esse plantagini similia, sed angustiora, convexaque in terram. Addit Plinius laciniola esse, quod nec in vulgatis Græcis codicibus, nec Oribasio reperitur, additur tamen à quibusdam interpretibus. Vetus codex eadem folia ἴσμα tradit, quod nec in aliis reperitur. Sequitur καυλὸς λεπτός, ἀπλός. In veteri codice habetur, καυλὸς ἢ λεπτός ἢ ἰσχυρός ἀπλός ἀπὸ πύχου, Caulis humilis, angustior, tenuis, cubiti altitudinis. Malunt alii καυλὸς λεπτός, ἀπλός in plurali numero; caules tenues, simplices. Sed cum vulgata Oribasii muniatur auctoritate, huic aliam præferre visum non est. Nunc videamus, an auricula urfi *alifina* esse possit. Radices, sive siccatas, sive recentes offereris, odore omni carent. Eadem auricula folia quidem habet plantagini magnitudine, sed forma plane differentia, crassiora, nullis nervis venisque, quod foliis plantagini proprium, distincta, telephii sive fabariæ similia quam plantagini. cauliculum, sive potius pediculum, fert cubito multo minorem. palmaris est, vel potius unciarum trium. Utrum thyrsus planta hæc ferat, ex iis quæ lib. 4. dixi facile animadvertet lector. Thyrsus non ferre auriculam urfi, nemo inficias ibis, nisi qui auriculam hæcenus non vidit, ignoretque qua facie thyrsus fuerit. Alii pro *alifinæ* plantagine aquaticam habent. Folia hæc habet in prælongis & crassis pediculis, longa, lata, sursum spectantia, in mucronem desinentia, plantagini majoris foliis similia satis; sed longiora, & acuminatiora, minusque nervosa. Caules inter ea exeunt longi, triangulares, intus fungosi, in complures ramulos divisi; in quibus flores candidi, parvi, tribus constantes foliis, & fructus deinde parvi, & triangulares, virentes; radices subsunt fibrosæ. Locis reperitur humidioribus & aquosis, in fossis juxta lacuum & rivulorum margines. Floret Junio, Julio, Augustoque mensibus. Vulgo plantaginè aquaticam vocant; cum plantagini admodum similis dici non queat. Præter enim solum nihil habet cum plantagine simile, quod nec ipsum ipse satis respondet: nam longius, majus fastigiatum & minus nervosum est. cum *alifinæ* non convenit. Quippe folia plantagini non sunt angustiora, nec in terram convexa, omni odore acrimonia pinguedineque carent radices; multiplices etiam assurgit caule, qui thyrsus non fert, sed thyrsi habere formam contendunt, nondum explicatis egressisq; floribus. Acinulos enim ostendit rotundos, pusillos, perficariæ modo. Ego quidem acinulos illos observavi, sed thyrsus referre, plane nego. Sed esse, ponamus referre, cætera oportet convenient. Alii pro *alifinæ* pingunt saponariam, sic dictam, quod saponis vicè quodammodo exhibet. Folia quippe abstergenti vi pollent, dumque confricantur, succum quandam emittunt, saponis modo extergentem. Nec hæc potest esse *alifina*, quod multis cauliculis assurgat, radicesque habeat veratro crassiores. Sed eum ea quæ de radiculis tradit Dioscorides, apud Oribasium non reperiantur, non satis validum argumentum ab eo sumi potest, saponariam non esse *alifina*. Quod de caule scribunt, magni videtur momenti. quippe pro cœli folique ratione plures paucioresque fert. Fortassis in locis palustrioribus unico tantum assurgit: Sed incertum, utrum locis humidis unico caule surgat saponaria. Huic caules sunt glabri, tenues, rotundi, geniculati, cubitales aut altiores: folia lata, renosa, plantagini latifoliæ foliis simillima, minora, angustioraque, è singulis geniculis bina ut plurimum, & præsertim radicibus viciniora, deorsum reflexa: Flores in summo cauliculorum, & circa superiora geni-

Saponaria.



cula multi, odorati, colore alias pulchro roseo rubentes, alias dilute purpurascens, aut candidi, qui ex teretibus, & oblongis calicibus exeunt, ex quinque foliis commissi, in quorum medio exigua quaedam stamina: radices crassæ, longæ; obliquè serpentes, quibus fibræ quædam adherent, veratri nigri radicibus similes. Apud Batavos in hortis colitur & aliud genus, flore pleno, vulgari alioquin simile. Sponte locis arvicis juxta fluvios ac torrentes nascitur. In hortis diu durat & pertinacis vitæ est. Junio & Julio floret, cauliculi que thyrsi satis referunt figuram: sed, ut dixi, caulis, radicesque non satis conveniunt. Attamen melius descriptioni Dioscoridis respondet, quam chrysanthemum latifolium Dodonæi. Et huic enim, nec caulis thyrsoides, nec folium, ad instar plantaginis, nervosum; radices habet quæ nec pingues, nec odoratæ dici merentur. Nomen ab aureis orbiculatis floribus accepit. Sed de hac alibi.

ἢ ἢ παύσα ὁ ναίρει (σος.) Locus hic corruptissimus, & admodum quidem difficulter restitui posset, nisi apud Athenæum antiquæ lectionis vestigia extarent. Apud quem sic legitur. αἴμα ἢ ἀντὶ τὸ φλόγα καλῶν ὄρων τὸ ἀγρίον, ἐπιτίτα νάρκειον ἢ αἴμα (εἰ τὴν κτ. τριῶν ἀνεμώνης γένος τὸ καλῶν ὄρων ὄρων) ἢ τὸ βολυθὸν κείδον. Vertunt; Deinde cum ipso (leucoio) vel paulo post quam luteam sive flammeam violam nuncupant, sylvestrem quidam: post narcissum leirion & bulbi codion. Nescio cur verba hæc, ἢ τὴν κτ. τριῶν ἀνεμώνης γένος τὸ καλῶν ὄρων ὄρων parenthesi intercluserint, eademque non reddiderint, nisi fortè, quod corrupta judicarent, nec quomodo restituerentur, viderent. Lego, ἐπιτίτα νάρκειον εἰς λείριον, ἢ εἰς τὴν κτ. τριῶν ἀνεμώνης γένος τὸ καλῶν ὄρων ὄρων, εἰ τὸ βολυθὸν κείδον. Verto, Post narcissum & leirium, & ex tribus anemones generibus, quod montanum vocant, simul eum bis floret & bulbus laniferus. Nunc videamus quomodo hæc Plinius lib. II. cap. II. Proxime flammea, quæ & phlox vocatur, sylvestris duntaxat. Codiaminon bis anno, vere & autumnio: æstates Hyemesque fugit. Seriores supra dictis aliquanto narcissus & lilium transmaria; in Italia quidem, ut diximus, post rosam. Nam in Græcia tardius etiamnum anemone. Est autem hæc sylvestrium bulborum flos, aliaque quam dicitur in medicina. Hæc examinanda. τὸ φλόγα utrum rectè, an malè flammeum verterit, cum flammula dicendum esset, Grammaticorum judicio relinquam. Rectius certè capite præcedente Græcam servavit vocem. Colore tantum placet Iovis flos, odor abest: sicut & illi qui Græcè flox, vel (ut in aliis codicibus scribitur phlox) vocatur. Supra probavimus, Plinium scripsisse, postea lilium appellatum purpureum, proximè flamineum, quod vocatur, sylvestre duntaxat. Plinium au-

tem adeò rudem in re Botanica imaginari nequeo, ut scripserit, Postea quæ appellatur ion, & purpurea, proximè flammeum, quod vocatur, sylvestre duntaxat. Nec unquam credam, adeò hebetem fuisse Plinium, ut verba Theophrasti in eum, quem maximi volunt viri, acceperit sensum. τὸ φλόγα inquirunt, interpretatus est flammeum, quum sit flammula. Alicubi retinuit nomen Græcum, ubi Theophrasto dicitur φλόγα, ut capite præcedente. At hoc loco, ubi φλόγα vocavit, diversum putavit. Florem, & flammeum Latinè vertit. Theophrastus τὸ δούκιον primum florum ver nunciantium esse prodit, quæ tepidioribus locis etiam hyeme emicat. Ἄμα τὸ ἴον quod vocatur φλόγα, sed sylvestre duntaxat florere ait, id est, cum illa viola, de qua dixerat, id est, alba. Plinius accepit de ea viola quæ propriè ἴον nominatur, & purpurea est. Contra mentem planè Theophrasti. Nam paulo post ejus violæ meminit, & μέλαν ἴον appellat, quæ est viola purpurea, eamque non cum viola alba florem producere dicit, sed post narcissum & λείριον; qui flores etiam aliquanto seriores sunt viola alba & flammula. Plinius verò, qui in verbis Theophrasti αἴμα τὸ ἴον de viola purpurea, jam intellexerat, non potuit in sequentibus de eadem viola intelligere, ubi μέλαν ἴον vocatur à Philosopho. Sed de, nescio quo, alio flore inusitato id nomen sumpsit, quod ipse etiam corruptit & melanthion vel meliantham indigetavit. Sic enim omnes libri eo loco scribunt. Sequitur ænanthe ac melianthum in indice, de meliantho. At qui ne ignosci quidem illis posset, si scripsisset melanion. Nam violam nigram, aut purpuream debuisset dicere. Ut τὸ λευκόλον non Leucoion dixit, sed Latinè, violam albam. Hæc non sunt, uti volunt, indubitatissima, sed planè incertissima. Scripsit enim Plinius ita ut, jam dixi, Cujus lectionis non obscura extant vestigia in optimo & antiquo Thuanæo codice, in quo habetur, Postea quæ appellatur lilia & purpurea, proximè flammeum, quod vocatur, sylvestre duntaxat. Ignorarunt viri maximi, quæ nam planta lilium purpureum fuerit veterum. Vulgatum quippe serius floret quam album. Et hæc in defensionem Plinii. In antiquo codice, teste Pintiano, legitur, cyclaminos bis anno; pro quo malunt alii legere, cyclaminum, Quod Grammaticorum judicio committo. Cyclaminum bis floret, vere & autumnio. Sed non idem cyclamen; quippe quod vere floret, vernaleque vocatur, flore est saturato magis. Alterum flore & purpureo, sive, ut alibi Plinius, colossino, quod autumnale vocant. Fugit æstatem autumnale, quod foliis Aprili Majoque mense exuat, lateatque usque autumnum, tum verò folia recuperet, vireatque tota Hyeme. Contra vernale folia ætate conspicua præbet, eademque ad finem autumnus amittit; totaque Hyeme non videtur. Inter coronarias flores Nicander ponit κυκλαμίνον. Cujus versus ab Atheneo Lib. xv. citantur.

Καὶ γερὰν πᾶν γωνὰ καὶ εὐτράπεια κυκλαμίνου.
Εαυρήν ἢ χθονίου πικάταις ἐφ' ὧν Ἡρσιλίου.

Vt nec senilem barbam, nec speciosum cyclaminum,
Nec nasturtium, Ageilai vernaculam fuisse coronam
ajunt.

Cyclaminos ergo vernus & coronarius, rectè inter vernales coronarios recensentur à Plinio. Sed ex quo autore Plinius inter coronarios vernos numerat Cyclaminum flores? Non videtur id ex Theophrasto habere, quippe ne vestigia quidem illius lectionis apud eundem, aut apud Athenæum, qui hunc locum exscripsit, inveniuntur. De suo ergo inferuit hanc vocem Plinius, nisi dicas, invenisse in codicibus illis Theophrasti, qui ejus tempore extabant. Sequitur apud Plinium. Seriores supra dictis aliquanto narcissus & lilium transmaria, in Italia, ut diximus, post rosam. Corrigunt ex Theophrasto; Narcissus & leirium. Malè, Vide quæ capite de lilio, narcissoque diximus. Lilium & narcissus τὸ λείριον nomen audiunt. Frustra ergo corrigunt. In antiquo nostro codice pro post rosam, per rosam scriptum est. Per rosam, id est rosæ tempore. Certè tum floret lilium, quod ad finem capitis ipse docet Plinius. Hic est transmaria ordo florum. In Italia violis succedit rosa: huic intervenit lilium. rosam cyanus excipit, cyanum amarantus. Inquit intervenire lilium rosæ; quod eodem tempore niveo colore pascat oculos, quo roseo rosa; id est, eodem tempore cum

re cum rosa flore onustum conspicitur liliū; florente ergo rosa, ut Plinius ait, intervenit. Vera igitur antiqui nostri codicis lectio Pergit Plinius. Nam in Græcia tardius etiamnum anemone est. Est autem hæc sylvestrium bulborum flos alia, quam que dicitur in medicina. M. S. Codex, ut notat Dalecampius. Verò in Græcia, pro quo Doctiff. Salmasius legit, Verum in Græcia tardius etiamnum anemone. Ad hunc locum Dalecampius. Ineptè Plinius βολλου κάδιον anemonem esse interpretatur. Ineptus idem inter flores vernos recenset duas anemonas, cum unicum tantum referat Theophrastus, quam λειμωνίαν cognominavit. Ea porro est pulsatilla nostra: cætera quidem anemonum genera æstatis principio florent. Fefellit virum summum vulgaris Theophrasti codex, in quo nihil tale de anemone haberi fateor. Sed mutila in editis Græca esse, Athenæi codex docet, ex quo hunc Theophrasti locum correximus. Verba hæc vertit Plinius, καὶ ἐκ τῶν ἁγίων ἀνεμώνων τὸ γλοῦμαινον ὄρειον καὶ τὸ βολλοῦ κάδιον, vertit Plinius, ex tribus anemonum generibus, quod montanum vocatur, & bulbis laniferus. Et sunt quidem ista verba ex quibus collegit Plinius anemonem aliam esse sylvestrem, bulbosam aliam. Nam paulo post Theophrastus mentionem facit anemoidis, quæ dicitur λειμωνία id est, pratensis, sive, ut Plinius dixit, sylvestris. Sed Plinius locum hunc ex mente Græci auctoris non reddidit, magnoque errore illud genus ἀνεμώνης ὄρειον montanum, & βολλοῦ κάδιον pro uno accepit florē, cum sit diversissimus. Quæ causa est cur tradiderit, anemoidem illam sylvestrium bulborum florem esse; quod perquam ridiculum est. Sed quale florum genus βολλοῦ κάδιον. Hoc primus animadvertit Doctiff. Robertus Constantinus. Nempe esse florem quem bulbum ἰεροφόρον Lib. vii. Cap. xlii. vocat Theophrastus. Nomen accepit, quod lanam ferat, sive quod tunicas habeat lanatas. Κάδιον est pellis cum villis, stragulum laneum, villosa pellis, ad usum vestis parata, qua utebantur contra pluviam & frigus. Dicæarchus in fragmento de Pely montis ascensu: Ἀναβαίνουσι τῶν πελάτων ἐπιφανίζονται καὶ πῆσι ἡλικίαις ἀκμάζοντες ἐπιλιχθῆντες ὑπὸ ἰσθμῶν ἐν ἡσπέρῳ κάδιον τρίπλακον καὶ ἑνὸν συμβαίνει ἐπὶ τοῦ θεοῦ ψυχῶν ἴσαι. Laertius Lib. ii. in Meded ait lectulis æstate ψιλάτους, Hyeme κάδιον superposuisse. τὸ δὲ τῶ μὲν θεοῦ ψιλάτους ἐπὶ τῶν κοινῶν, τῶ δὲ χειμῶνος κάδιον. Interpretantur, lectulis æstate ψιλάτους, hyeme, venocum pelles imponebant. Verte, æstate lectulis storem, hyeme stragulum laneum imponebant. Ad frigus nempe arcendum. storea æstate tegebantur, quod storea levis, nec nimio calore obrueret, quod à laneo stragulo expectandum fuisset. Τὸ κάδιον ergo villosa pellis, vel stragulum laneum, & ut Hesychius docet, villosa orium tellis. κάδιον σκύλλον, ἢ δέρμα ποσειδάωνος χωρὶς στήματος. Τὰ κάδιον capita exponi papaveris, itemque caput Ægyptiæ fabæ alibi docuimus. Nunc demonstrasse sufficit ἢ βολλοῦ κάδιον esse, bulbum laniferum, sive ἰεροφόρον. Quem cum rosa lilioque; ad finem mensis Maij, vel Iunij initio aliquoties florentem vidi. Quandoque si hyems & ver inclementior fuerit ad Iunij finem cum rosa lilioque floruit. De hoc bulbo Libro vii. cap. sæpe citato.

Ἀνεμώνης. Nomen ἀνεμώνης quondam tam latè patuisse, ut vagum communeque multis, & plantis & floribus fuerit, doctiores contendunt. Quod nobis non probatur. Negamus enim, aliam plantam anemoidem vocatam fuisse, præter eam, de qua nobis hoc capite sermo, & papaver, uti apud Hesychium legitur. Falluntur cum λειμωνίαν, ut malè cap. tertio hujus libri legitur, anemones genus faciant spinosum. Supra capite citato σκόλυμος λειμωνίων vocari diximus, rationemque cur sic vocetur addidimus. Sic nupquam Dioscorides othonnam vocari anemonam tradidit, sed ex quorundam sententia scribit, speciem anemonæ esse othonnam Lib. ii. Cap. ccxlii. ὅθεν ἰδὲξαν ἀνεμώνης αὐτὸ πῆσι ἴδω ἴσαι: Quare quidam anemonos species esse existimaverunt. Illud tamen non nego, posse flores omnes, quod fugaces & brevis vitæ sint, anemonides vocari. Et hoc satis apertè docet Hesychius. Ἀνεμώνη μάζης ἴδω καὶ φίλημα καὶ ἢ μέλιον καὶ τὸ ἀνθῶ, καὶ πᾶν φυτὸν ἑλκῆος ὑπὸ ἀνέμων φθειρόμενον, καὶ μάταιον, καὶ ἀνεμῶδες. Anemone maza species, & osulum, papaver & flos, omnisque planta, quæ à ventis cito corrumpitur, inanis, ventosus. Ἀνεμώνης nomen accepisse scribant, διὰ τὸ φύλλον ἐνδιείσειν ἴσαι παντὶ ἀνέμῳ, quod ejus folium facile moveatur ab omni vento. Hinc de verbositate natum adagium puto: ἀνεμώνων τῶν λόγων. Homerus de iis qui laxitate verborum, sive dictione ventosa & ampullata utuntur, canit. Iliad. ii. & λ. κακὸν δ' ἀνεμῶλια βάζων. Malum est distainania & venis similia proferre. Aliud etymon adfert Plinius, Lib. xxi.

Cap. xxiii. Flos nunquam aperit se nisi vento spirante. Falsissimum id est. Non semel iterumque, sed milies, cælo sereno, & quam maximè tranquillo, ut ne vel minima aura percipi posset, florem anemoidis apertum vidi; eundemque, tempestate ac procella imminente vel perire, vel claudi iterum florem observavi; & quidem vel vento paulo vehementiori interiisse, foliaque in terram lapsa fuisse. Anemone enim dicitur ἀπὸ τοῦ ἀνέμου & ἄνω sive ἀνωμι, quod flos facile à ventis deiciatur, ac perdat: Ideo enim antiqui Græci non ἀνεμώνη, sed ἀνεμῶλια, dixerunt, uti apud Theophrastum Lib. vii. Hist. Cap. X. legitur. Hoc etymon probat & Theocryti Scholiastes eidyl. i. ubi ῥόδον eadem de causa vocari tradit, ῥόδον δὲ παρὰ τὸ ῥῆμα ἀπερῆν, ῥόδου δὲ γαίῃ ἴσαι, ἢ τὸ φθαρόμενον. Rhodos vocatur anemone quod subito flos cadat. Caducus enim est & facile corrumpitur. Et hæc causa, cur in Hieroglyphicis morbum homini denotat. ἀνθὶ δὲ ἀνεμώνης ἴσαι ἀθροῦσθαι σημαίνει. Cæterum etymon nostrum probat Ovidius Lib. x. Metamor. h. ubi Adonidis florem describit, quem Botanici anemonem esse asserunt.

Sic fata cruorem
Nectare odorato sparsit, qui taetus ab illo
Intumuit, sicut fulvo per lucida cælo
Surgere bulla solet, nec plena longior hora.
Facta mora est, cum flos de sanguine concolor ortus,
Qualem quæ lento calant sub cortice granum
Punica ferre solet; Brevis est tamen usus in illo:
Namque malè hærentem, & nimia levitate caducum
Excitant idem qui perflant omnia venti.

Fabulantur Poetæ, anemoidem natum ex lachrymis Veneris. Theocryt. eydil. i.

Αἰ αἰ τῶν Κυθέρειαν, ἀπώλετο καλὸς Ἀδωνίς,
Δακρυὸν ἂ Παφῆ πῶσον ἐκχέει, ὅσον Ἀδωνίς
Ἄϊμα χεῖρὶ τῆ ὀπίσθια πῆτι χθονὶ γίγνεται ἄνθη
Ἄϊμα ῥόδον πιπτεῖ, τὰ δὲ δάκρυα τῶν ἀνεμώνων.

Hos versus Latinos fecit Eobanus Hessus, sed quod Græcus Poeta de anemone, hoc Latinus de papavere.

Eheu heu Veneris perijt formosus Adonis,
Tantum drva putres lachrymarum fundit in herbas,
Quantum Myrrigeno de corpore sanguinis exit.
Qua simul ad terram pulchri labentia flores
Funt, namque rosam sanguis parit ipse rubentem,
De lachryma Veneris procreta papavere surgunt.

Scribe. De lachryma Veneris fulgens anemone resurgit.

Malunt tamen alii, ex sanguine Adonidis natam anemone. Theocryti Scholiastes eidyl. i. Ἀνεμώνη ἀπὸ ἀδόντος, ὃ φασὶν ἀναδύσθαι ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀδωνίδος. Ἄλλως. Τὴν ἀνεμώνη Νικανδρὸς φησὶν ἐκ τοῦ Ἀδωνίδος αἵματος φύνθαι. Anemone flos inodorus, quem resurrexisset ex sanguine Adonidis a, unt. Aliter. Anemonem Nicander cecinit natum ex sanguine Adonidis. Versus Nicandri periisse puto. De anemone quod inodora, rosamque colore, figuraque non nihil imitetur natum adagium; ῥόδον ἀνεμώνη συγκρίσθαι, ἀργυρῶς. hoc st. aquas athenone rosam. τὸ ἀνεμώνη συμβάλλει, ἰναqualia conponis, veluti plumbum argento, æs auro, anemoidem rosæ, hominem simiæ. Theochrytus eydyl. i.

Ἄλλ' ἐὺ συμβλητ' ἐστὶ κυθόσβαρον, ὅδ' ἀνεμώνια
Πρὸς ῥόδα, τῶν ἀνθηρῶν παρ' αἱμασιῶσι πιφύκει.

Sed non conferenda sunt rubus caninus & anemone Cum rosis, quarum flores circa sepes nascuntur.

Nihilominus tamen hunc quoque florem inter pulchros & Venereos hinc datur intelligi, quod natus vel ex sanguine Adonidis, vel Veneris lachrymis, qui sanguis, fletus, aut lamentatio tanti (ut omnia quæ sunt ab Venere) decoris est, ut proprium nomen sortita sit. Quippe, teste Ethymologiae auctore, dicitur ἀδωνιασμός, ὃ ἐστὶ τῶ Ἀδωνίδος ἴσαι. Fulgentem splendidum florem esse canit in Georgicis Nicander, cujus versus ab Athenæo Lib. xv. citantur.

Αὐτὰς τ' ἠΐθεαι ἀνεμωνίδες ἀσπράπτουσαι
Τηλοθην ὄξυτέρησιν ἐφελχομέναι χροΐήσιν.

Et anemonides, fulgentes ipsæ antequam contracten-
tur,
Splendidiore procul colore allicientes.

Splendore, colorisque venustate nomen φαειδῶ, ἀπὸ
φάινεται, splendendo, accepit. Theocryti Scholiastes.
eidyl. cit. Σουσίβιος δὲ πρὸς ἀνεμόνας τῶν Λακωνῶν φαειδῶς
καλεῖται φησί. Sosibius à Lacedæmoniis anemones phænidas
vocari tradit. Plinius loco citato. Anemones coronarias
tantum diximus: nunc reddemus & medicas. Sunt qui phæ-
nion vocent. Phænon depravatores in fremium muta-
runt, quod Theodoro errandi præbuit occasionem,
qui non raro anemonem fremium reddit. Scribe ex an-
tiquo codice, & Sosibio, sunt qui phenion vocant. Phæ-
nion Græcis φαίνος sonat. Græci recentiones ab emi-
nente, ut credo, capitulo, quod in flore conspicitur κυ-
νοκεφάλαιον vocarunt. Κυνοκεφάλαιον, ποῦ τις ἦν πρὸς ἀνεμό-
να κἀλοῦσιν, capitulum caminum, herba quædam, aliis ane-
monæ vocata. Pro κυνοκεφάλαιον apud Auctuarii auctorem
παρακεραίας legitur, id est, cornu hirci. Utrumque satis
bene refert, si δὲ μεκάνειον, οἱ δὲ, παρακεραίας, οἱ δὲ γῆς κερῆνη.
Folium tam papaveris quam anemonidis πλαταγωνία νο-
carunt, τὴν τὴν πλατῆσιν ἐξον ἔχον id est, à sono, quem
collisâ faciunt. Theocryti Scholiast. eidyll. ιά & ex eo
Suidas. Ερυθρὰ πλαταγωνία τῆς μήκωνος φύλλα φασι, καὶ τῆ
τῆς ἀνεμόνης. ἀπὸ πλατῆσιν, ὅτι ἐστὶ ψοφίον, πῆνυτι γὰρ αὐτὰ
κατὰ τὴν ἀντιχειρὸς καὶ τὸ λυγαρόν δακτυλοῖσι τὴν ἑτέραν χεῖρα, καὶ
αὐτὰ σημεῖοῦται, εἰ ἀρραπῶνται ὑπὸ τῶν ἱερῶν ἀνεμόνων, ἀσπερ καὶ δὲ
τῶν τῆς πλαταγωνίας φύλλον, εἰ ἀψόφως ἐπιγεγυρομένη. Rubra
πλαταγονία, id est, papaveris & anemones folia, sic dicta à sono,
quem collisâ faciunt; iis siquidem periclitabantur, æquid a-
masiis suis forent grati, essetque affectus mutuus, siquidem
pollici imponentes ea & indicis digito, mox collidebant al-
tera manu; quod si percrepissent, amari se augurabantur, sin-
minus, frustrati ingemiscabant. Cogitaveram quondam, a-
nemonidis capitulum non ineptè posse πλαταγωνίον dici;
quod platani pilulam referat, nisi quod in angulum de-
fiat. Ex Athenæo constat, Theophrastum tria anemo-
nes genera novisse. Ὁρειῶν sive montanum, quod vere cum
bulbo lanifero & narcisso floret. Alterum genus, quod
λειμωνίαν, id est, pratensem apemonem vocari scribit, quod
cum œnanthe, hyacinthe æstatis initio floret. Et sativum,
quod hyeme aut veris initio florem producat. Vernalis
anemonidis Cratinus in effeminatis meminit. Verba Cra-
tini ab Athenæo lib. xv. citantur, καὶ συμβολοῖσι, ἀνεμωνίαν
καλεῖται ἡραιῶσι ἐπιπλάτα συμβολοῖσι, anemoniarum vernis calycibus,
serpyllo. Dioscorides duo inquit anemonæ esse genera, syl-
vestre unum, sativum alterum, quibus tertium subjungit,
quod acrius ait foliisque nigris. Luculenter satis ane-
monides describit genera Dioscorides Lib. II. Cap.
CCVII. Ἀνεμόνη διστῆ, ἡ μὲν ἀγρία, ἡ δὲ ἡμερῶς, καὶ τὸ ἡμέ-
ρῶς, ἡ μὲν περὶ φοινίκας φέρει τὰ ἄνθη, ἡ δὲ ὑπόλευκα ἢ χαλακτέροντα,
ἢ περὶ φρούρα. φύλλα δὲ κερσοειδῆ, λεπτοσχηδίστησιν ὡς τῆς γῆς, κρυλλὰ
χροαδίη (alter codex κλωδίη, quam lectionem confirmant
Oribasius, Serapio & Hermolaus, Horum lectio stabili-
tur experientia, virides magis quam lanuginosi anemo-
nes cauliculi. Pergit Dioscod.) λεπτά, ὡς περὶ τῆς ἀσπερ-
μάκωνος καὶ τοῖσιν κεφάλαια μέλανα, ἢ κυανίοντα ῥίζα κατὰ ῥίζα-
θῶς ἰλαίας ἢ μέλιτων, οἱσὶν ῥήσασιν διελημεμένη ἢ ὅτι ἀγρία κατὰ πᾶν-
τα μέλιτων ἢ ἡμέρῶς καὶ τῶν φύλλοις πλατυτέροις καὶ σκληροτέροις τῆς
κεφαλῆς ἐπιμηκίστησιν ἔχει ἄνθος φοινίκων, ῥίζα λεπτά καὶ πᾶσι-
α. ἡ δὲ περὶ φρούρα μέλιτων δρυμνίτησιν ὄσπερ. Anemone duum est ge-
nerum: Sylvestris quidem una, sativæ altera. Et in sativæ
quidem genere est quæ phæniceos flores habeat, altera quæ
candicans, aut lacteos aut purpureos. Harum folia corian-
dro similia, sed proximè terram scissa tenuius. Cauliculi la-
nuginosi (virentes Hermolaus;) tenues in quibus flores
veluti papaveris, & in medio capitula nigra aut carulea:
radix olivæ magnitudinis, aut etiam major, veluti geniculis
distincta. At sylvestri amplitudo prorsus major, quam sativæ
foliisque est latioribus, ac durioribus: capite oblongiore,
flore phæniceo, tenuibus ac pluribus radiculis. Est quædam
foliis nigris, quæ quidem acrior est. Sativæ anemonidis
quasdam in flore agnoscit differentias Dioscorides; ali-
osque flores ait esse phæniceos, quosdam candicantes,
nonnullos lacteos, aliquos purpureos. Anemonam flore
ὕπελκουσιν Galenus lib. x. κατὰ τῶν ποσῶν ad finem capit. prima
adversus nephritidem præscribit, & μέλιτων esse ait. Ἀνε-
μόνου ἕρως ποσῶν δὲ. Vertunt, fremy luteum florem haben-
tis sicci tantundem. Non inquiram, utrum ἀνεμωνίη rectè
fremium verterint: quippe jam supra vocem hanc cor-
ruptam esse probavi, sed utrum τὸ μέλιτων rectè luteum

verterint. Luteum dari anemonetri qui negat, in plan-
tarum historia parum versatus dici meretur. Attameti
τὸ μέλιτων putarim quod Dioscorides ὑπόλευκος dixit. Do-
ctissimum virorum opinio si vera, μέλιτων color can-
dicans. Vulgata satis opinio, μέλιτων à terra μελίω dici;
Hinc color cinerius, qui subalbidus. Dioscorides Lib. v.
Cap. clxxx. Ἡ δὲ μελίω τὸ τὸ χροῖον καὶ αὐτὴ ἐστὶν ἑμφερῆς ἑρα-
ειὰ δὲ τῆς ἀνοδοειδῆ. Imitatur & Melia colore cineream Ere-
triam. Malè Plinius Lib. xxxv. Cap. vi. Melinum candi-
dum & ipsum, est optimum in Mela insula. ἀνοδοειδῆς χροῖος
color cinereus, candidus non est. Auguror scripsisse Plinium.
Melinum candicans & ipsum. Meliam non fuisse candidam
ex Plauto in Mostel. cognoscere licet, ubi ait; Neque
cerussam, neque melinum, neque aliam ullam officinam. Ce-
russa candidius nihil, melia tantum candicans: Sed po-
tuit τὸ μέλιτων χροῖος, appellationem sumpsisse ἀπὸ τῶν μέ-
λων, malis, quæ soli opposita parte rubescunt, altera vero
ex luteo pallida sunt, sæpius tota pallida. μέλιτων certè
ἀνοδοειδῆς apud Orpheum ea est, quæ τῶν μέλων χροῖος habet,
id est, mala pallida colore imitatur, τὸ χροῖος μέλιτων apud
Dioscoridem pro pallido luteo accipitur. Sic & triticum
colore melino dicitur. Hesychius μέλιτων, μελοειδῆ τὸ χροῖ-
μασιν, τοῖσιν τὸ γαῖον ὅτι πυρρῆς. Idem, μέλιτων χροῖος, τὸν πυρρῆν ὅτι
μελοειδῆς. Frumentorum nobilissimum triticum quilibet
novit. Hoc flavum esse scribunt Botanici; omnes fatentur
pistores & molitores. Rectè ergo τὸ μέλιτων vertit Gale-
ni interpretes, quod Dioscorides ὑπόλευκος dixit. Nam &
pallidum pro luteo ponitur, & luteum pro pallido sive sub-
candido colore. Anemonam Dioscorides, Crateuas, ut
apud Theocriti scholiastem legitur, nigrum anemonidis
flore observavit. καροπύσιν δὲ ἢ καροπιδῆς κατὰ πᾶσι δύο φησὶ
ἵνας τὰς ἀνεμόνας, τὴν μὲν ἀνθῶς ἔχουσαν μέλιτων, τὴν δὲ φοινίκων.
Crateuas, quem alij Cratiden vocant, duo dixit esse anemonæ
genera, & hanc quidem florem nigrum habere, illam phæ-
niceum. Nigrum vocant florem, quem Dioscorides pur-
pureum dixit. Alibi probavimus, τὸ μέλιτων apud Botanicos
accipi pro purpureo. In medio flore Dioscorides ait esse
capitulum nigrum aut cyaneum. Hoc maximè conspi-
citur in anemonis flore simplici, qui plenum habent flo-
rem, in iis foliis rectum est, nec æquè se conspiciendum
præbet. Hactenus de flore, in quo recentior ætas mi-
ram observavit diversitatem, ut infra dicam. Nec parva
in radicibus differentia, omnes tamen ferme tuberosæ.
In radicibus diversitatem quandam observasse veteres,
Aderiariorum suspicantur Auctores, ac quidem unius
radicem tuberosam esse, alterius rheoadi papaveri similè
scribunt, his fere verbis. Minor (anemone) autem delicati-
ore caule non dissimili, minutiore folio & divisa quam co-
riandri, admodum hirsuta, & satis rigidis, hirsuta capi-
tula, flore eleganti relinquente multo minore quadantenus
similia rheoadis papaveris, semine nigro hyoscyami, radice
pusilla, superiori haud dispari, quibus si tuberculum adesset,
nulla nota deesset: at si non sint anemones, sanè vix sint
ulla propiores aut illis, aut argemone, aut nova putanda
sint, vel suspicandum, cap. de anemone duo genera descri-
psisse Dioscoridem, quorum unum radice sit tuberosa; alterum
non dissimili rheoadi; quod videntur innuere verba initio,
deinde confirmare, ubi discrimen ponit papaveris, argemone,
& anemone, huius tuberculi interim nulla facta mentione,
cum tamen maximè oportuit: quare forte idem illi contin-
git, quod drabæ radici, quæ alicubi tuberosa, alicubi planâ
& æquabilis visitur. Ego, pace doctissimorum virorum,
unum tantum genus Dioscoridem descripsisse arbitror:
quod autem unus radix major, alterius minor sit, diffe-
rentiam quidem facit, sed non diversam speciem; hoc
enim ætatis, foli, cælique ratione evenit: alioquin om-
nium anemonarum radices Dioscorides quasi geniculis
distinctas vult. Rectè ἰσχυρῶς, idem dixit. non enim verè
geniculatæ sunt, sed quasi geniculis præditæ. Rectius
tuberosas habere radices scripsisset. Nec inde concludi
potest, quod ubi discrimen papaveris, anemone, & ar-
gemone refert, radicis non meminerit, idcirco anemo-
nam dari radice papaverina. Abundè sufficere putavit, si
notas manifestiores, quæque ut plurimum medicum fal-
lant, tradidisset. Cæterum tanta his plantis vicinitas, ut
plurimi quondam medici crediderint, anemonam, ar-
gemonam, & rheoadis papaver idem. Ex recentioribus
dicunt Serapionis interpretem & Brasavolam credidisse
papaver rheoadis, & anemonam eandem esse plantam.
Sed ipsum audiamus Dioscoridem. Ἐνίοι δὲ μὴ διαμέτρῳ
διερίθην ἀπὸ τῆς ἀγρίας ἀνεμόνης τῆς λεγομένης ἀρραμῶνη (vetus
ἀρραμῶνη) καὶ τῆς τοιαύτης μήκωνος (ἢ καὶ τῆς τοιαύτης ἰσχυρο-
μένη) διὰ τὸ τῶν ἀνθῶν ἀμύχνησιν, φοινίκων ὑπερέχον, πᾶσι πάντων τῶν
ἀρραμῶν ὑπερῶς ὄντων ὄντων τῶν ἀρραμῶν ἢ τῶν βαθῶν
τῶν φοινίκων ἢ καὶ τῶν τοιαύτων, ὀφθαλμοῖσιν (in altero codice eo-
deri

dem sensu legitur, ἐπιπέτρην δὲ αὐτὴ τῶν ἀνεμώνων (δὲ αὐτὴ καὶ ἡ ἀργεμῶνη ἀνοθεύει καὶ ἡ ὑπεραργεμῶνη ὅπερ ἀνίησι καὶ κίχουσι, καὶ ὁμοίαν σφῆρα τὴν γούσαν ἰσχυροῦς, ἢ δὲ ροιᾶς, λανυροπύργου καὶ ὁμοίαν ἀμφοτέρωθεν δὲ μετὰ τὴν κεφαλὴν μικρῶν ἀργεμῶν ὡς ἡ ἀργεμῶνη ἔχουσι, πάλιν τὸ ὑπεραργεμῶνη (vulg. eod. ἀνεμώνης) ἀνοθεύει ὑπερπύργου, τὸ δὲ τὸ ῥοιᾶς, ὑπερπύργου; αἱ δὲ ἀνεμώναι οὐτε ὅπου ἀνιάσιν, οὐτε κωδίας ἔχουσι, ἀλλ' ὁμοίαι ἀσπαραγοῦ ἀκροῦ, ἐν ἀργεμῶναις τε πῶ πλείον ἐκείναι φέρονται. Sunt qui nescientes ab anemone sylvestri distinguere argemonem dictam, & papaver rhœas (de quo inter genera papaveris agemus) propter florum in puniceo colore convenientiam eupatorium errore ducti argemonam appellant. Veruntamen, cum argemone tum & rhœas minus saturato colore puniceo visuntur, & utraque serius floret. Quin etiam argemone croceum gustuque admodum acrem liquorem reddit: rhœas verò candidiorem & acrem. Insuper utriusque intermedia sunt capitula, sylvestris papaveris similia, nisi quod argemones quidem capitulum supernè crassiusculum est, rhœadis autem aliquantò angustius. At anemones genera, neque liquorem reddunt, neque capitula calycesque habent, sed velut asparagi cacumen. Denique & in arvis cultisque illa plerumque nascuntur. Primum notandum, non omnem anemonam papaveri rhœadi argemonæque similem, sed sylvestrem; præterea ranunculos nemorosos, quos pro sylvestribus anemonis quidam habent, non esse veras sylvestres anemonas, quod florem habeant, quàm papaver rhœas, argemoneq; colore dilutiore multò, puniceo, cum Dioscorides contrariū scribat. Eadem de causa nec alba anemone dici sylvestris potest. Difficultate non caret, quod ait, quosdam errore ductos argemonam eupatorium vocare. Vox eupatorium botanicis admodum suspecta est; ac pro ἰουπυρίων ἀνεμώνων restituit: idque quia sensus ita legendum postulat; & Plinius lib. XXI. cap. XXIII. sic legisse videtur; qui postquam de anemonarum differentia egisset, subiungit; Hanc errore ducti argemonem putant multi: alii rursus papaver, quod rhœas appellavimus. Sed distinctio magna, quod utraque hac postea floret. Nec aut succum illarum anemonarum reddunt, aut calices habent, nec nisi asparagi cacumen. Hac ratione moti ἀνεμώνων αὐτὴ ἰουπυρίων legunt: quasi id unum voluerit Dioscorides, errore manifesto confundi anemonem cum argemone. Negari haud potest, id innuisse Dioscoridē, & certum est, quorundam errorem retinere & coarquare eundem voluisse. Arbitramur tamen, vulgatam lectionem servandam, quod ea apud Oribasium & Serapionem reperitur. Et erraverunt, inquit Serapio, aliqui, putantes, quod flos aragamonij (argemones) sit gasit. Gasit eupatorium exponunt, qui Arabicæ linguæ peritiam habent. Apud Rhafen pro gasit eupatorium legitur. Atque hoc primum argumentum, quo probo, vulgatam legitimam. Accedit & alterum, quod Dioscorides non tantum errorem eorum detegere voluit, qui argemonem, papaver rhœas, & anemonidem confundunt; sed & eorum erratum palam esse voluit, qui veræ ac legitimæ argemones ignorantia, eupatorio nomen argemonæ falsò attribuebant. Sic enim lib. IV. cap. XLV. de eupatorio scribit, Ἐπιπέτρην ἀργεμῶναιαν ἐπιπέτρην τολυθηθίνας. ἐπίπετρον γὰρ ἴσιν, ὡς ὑπερπύργου. Ceterum hanc nonnulli errore ducti argemonem appellavunt, cum tamen longè alia sit, uti demonstravimus. Apud omnes in confesso est, perperam illic legi ἀργεμῶναιαν. Capite enim de artemisia tale nihil habetur, verum hoc capite de anemona. Ceterum licet Dioscorides non semel illos castigavit, qui eupatorium argemonam vocabant; durat tamen hodie etiamnum idem error. Vulgus quippe Medicorum eupatorium, detorta argemones in agrimoniam voce, falsò agrimoniam appellat. Pro ἀνεμώνων ὑπερπύργου Doctissimus Saracenus legit ὑπερπύργου; tum quod Oribasius, Serapioque ita scripserint, tum, quod aptius ei opponatur quod sequitur ὑπερπύργου. Accedit, quod capite sequenti, quod privatim argemonæ dicatum est, argemones capitulum quam papaveris rhœadis oblongius, & summa parte latiusculum esse, disertè scribitur. Sequitur de anemone, ὅπου ὅπου ἀνιάσιν. Hic vereor ne obiiciat quispiā contraria scribere Dioscoridē. Eodē enim hoc capite tradit, ὅπου ὅπου χυλοῦς ἢ ῥοιᾶς αὐτῆς ἴσιν ἐγχυλοῦς. σφῆρα κεφαλῆς κωδίας ἀνεμώνων. Quia de causa ipsius radicis succus naribus infusus valet ad purgandum caput. Facilis responsio, aliud ὅπου, aliud χυλοῦς voce significari. Vide quæ libro primo dixi, item quæ capite de laserpitio habentur, & quæ cap. I. lib. IX. dicuntur. ὅπου ὅπου, Græcis succus, non omnis, sed lacteus, qualem habet papaver, laserpitium, ficus, tithymallus, aliaque. Per χυλοῦς iidem denotant succum viridem, qui in cunctis ferme plantis τῶν ὅπου habentibus, paucisque aliis, quibus luteus, vel ruber, exceptis. Succus hic viridis, sponte

fua læso caule, radice, aut alia plantæ parte effluere non solet, uti iis accidit qui ὅπου liquore (ut loquitur Plinius) habent; sed exprimi solet. Egit ergo ante de succo qui exprimitur, nunc qui sponte manat. Alia difficultas; negat anemonem capitulum habere, cum ante dixerit, huic esse capitulum nigrum aut cæruleum. Respondéo, Hoc non tradidisse eum de sylvestri anemone, de qua nunc sermo, sed sativa. Sed ponamus, de omni hoc eum scripsisse anemone. Aliud est, ἢ κωδίας, aliud τὸ κεφάλιον. κωδίας habere dicuntur, quæ papaveri simile capitulum habent, uti supra lib. IV. cap. X. annotavi. Non negat ergo Dioscorides, anemonidem capitulum habere, sed τὴν κωδίαν. Quod ipsa confirmatur experientia. In caulis papaverini summo capsulam videmus globosam, tere-tem, nonnihil tamen oblongam, in superficie habentem operculum, granati mali in modum, interius membranis non paucis in loculos discretum, in quibus semen. Frustra quis κωδίαν in anemona quaeret: sed pro ea habet capitulum circumseptum staminibus, quod exili incanescit piloso flocco, cui subest semen. Ex his eos graviter errare constat, qui papaver rhœas anemonam sylvestrem esse scribunt. Et hæc de anemona Græci autoris. Venio ad Plinium, qui lib. XXI. cap. XXIII. hac de anemona habet. Anemonas coronarias tantum diximus: nunc reddemus & medicas. Sunt qui phanion vocent. Duo ejus genera, sylvestris prima, altera in cultis nascens, utraque sabulosis. Hujusque plures species. Aut enim phanicum florem habet, quæ & copiosissima est, aut purpureum; aut lacteum. Harum trium folia apio similia sunt. Nec temerè semipedem altitudine excedunt, cacumine asparagi. Flos nunquam se aperit, nisi vento spirante, unde & nomen accepit. Sylvestri amplitudo major, latioribus foliis, flore phaniceo. Folia anemones ait esse apio similia: coriandro eadem comparat Dioscorides, nullo discrimine. Dioscorides enim cum anemones folia coriandro similia facit, non capillata foliola intelligit, quæ in caule visuntur, nullum enim anemones genus talia habet, sed quæ radici sunt proxima: hæc apio non dissimilia, verum eandem planè formam habent. Non omnem anemonem Dioscorides cacumen asparagi habere tradit, sed tantum sylvestre, ad quod non attendit Plinius, qui sativæ adscribit, quod Græci sylvestri. Hanc etiam idem argemonæ,

Anemone felini folio, colore amarantino.



papa-

Anemone columbina, five violacea.



papaverique rhœadi similem esse tradit, & quomodo discerni possint docet. Anemonarum quarundam imagines exhibemus, inter illas duas, quod sciam, non descriptas. A foliorum multitudine centifolia vocari possunt. Ima anemone cardinalis vocatur. Hujus radix vulgari similis, foliis est selni sive apij, cauliculum fert gracilem, in quo flos innumeris foliis constans, colore carneo; ex cujus medio pedicellus erumpit longitudine minus dimidio non excedens alium, sed minorem flosculum continens. Cardinalem anemonem vulgo vocant. Altera columbina vocatur, priori per omnia similis, nisi quod altero flore careat, coloreque variet. Etenim dilato violaceo est colore, aliquando tamen intensiore. Anemonum genera quæ sunt pleno flore, multa apud nos coluntur. In pretio hæc habentur; utraque columbina, cardinalis, amarantina, ab amaranthi colore, sulphurea, nivea, branson. Sed hæc flore simplici (cæteræ centenis, & ultra foliolis constant) partim rubro, partim luteo sulphureo flammante colore, unde & nomen. Omnium pretiosissimam Bollius Harlemensis colit, quam cxx carolinis emit. Iam memoratis foliis, radice, caule, floreque similem; folia qui florem cingunt ac officium varia sunt, partim rubra, partim nivea, mira naturæ varietate, aspectuque gratissimo. In eodem Bollii horto vidi ranunculi genus, Asiatico, à Clusio descripto, radiculis, nisi quod minores paulo sint, similis. Item foliis & cauliculo, nisi quod ad pedis altitudinem aliquando assurgat, flore à prædicto differt; globoso quippe est, qui ad instar globosi ranunculi Dodonæi nunquam non totus panditur & explicatur; sed in globuli formam collectus nascenti quodammodo similis viget. Sed luteo non est flore, uti ranunculus à Dodonæo descriptus, verum variegato, partim flavo, partim rubro, è medio flore capitulum, quale in anemona conspicitur, emicat. Hæc per transennam. Anemonidû has recentiores observarunt differentias, recensetq; in phytopinace Bauhinus Anemone latifolia simplici flore. Anemone Cyclamini, seu malvæ folio luteo, flos 10 aut pluribus foliis constans, externè flavus, internè aureus. Anemone Geranei rotundo folio purpurascens, flos aut 15. foliis, foris cineraceis, hirsutis, interius rubedine purpurea nitentibus componitur: quare in dilutiore purpurea ruber: aliàs interius intensiore, exterius remissio-

Ranunculus flore globoso Asiaticus
venis distinctus rubris.



Anemone tuberosa radice Lob.



re : rarius totus albet. **III.** Anemone Geranei rotundo folio, dilute purpurascens. Flos externe exalbidi obsoleti coloris, interne ex purpureo dilutiore albicato. **IV.** Anemone Geranei rotundo folio, dilute rubens. Floris folia octena, foris obsolete rubent, lanugine pubescunt : interius dilutiore rubore & ad carneum tendente nitent, unguibus albicantibus. **V.** Anemone latifolia simplici carneo flore. Flos 10 aut 12 foliorum, purpurei fere coloris, unguibus albicantibus. **VI.** Anemone latifolia flore purpureo saturo, flos 8 foliorum, coloris purpureo saturi, exterius splendentis, unguibus magnis, & ad pediculum purpureis. **VII.** Anemone latifolia purpureo violaceo flore. Flos octo foliis constans, externe dilute purpurascens splendet, interne violaceo unguibus magnis, & argentei coloris. **VIII.** Anemone latif, flore purpureo, violaceo altera. Flos qui ex 12 foliis constat : foris ex purpureo albescit & splendet : interius ex violaceo purpureo splendet, unguibus albis. **IX.** Anemone latifolia violaceo flore. Flos octo vel plurimum foliorum, externe subpurpureus & splendet, interne ex purpureo violaceo, unguibus rubescentibus, orbe albicante cinctis. **X.** Anemone latifolia flore violaceo, saturo colore. Flos sex foliis præditus, violacei saturatoris coloris, unguibus majoribus, magisque candidis. **XI.** Anemone latifolia flore variegato. Flos, qui octifolius, foris ex purpureo saturatius rubet, interius ad unguis usque albus, sativa purpurea & quasi Kermesina nitet : oris coccineis, in quæ radij purpurascetes sparguntur : unguis magnos & albos habet. **XII.** Anemone latifolia, punctato flore. Flos octifolius, violaceus, interna parte maculis aspersis. **XIII.** Anemone latifolia flore carneo : floris modo majoris, modo minoris, octo folia extrinsecus nonnihil purpurascunt, intrinsecus fere carnei, vel saturatoris, vel dilutiore, unguibus albis. **XIV.** Anemone latifolia saniculæ folio. **XV.** Anemone latifolia flore orangei coloris. floris octo vel novem folia, externe carnei coloris, unguibus saturate purpurascens, interne carnei diluti. Habetur major, & minor. **XVI.** Anemone latifolia flore coccineo. floris octo folia, interne elegantissimo coccineo nitent, unguis orbis pallescens ambit, externe quadam lanugine pubescunt. Huc pertinet Anemone latifolia flore coccineo simplici. Flos coccinei coloris medium &

Anemone flore multiplici, coccineo, Lob.



fusco nigricans & capitulum multis foliis staminibus pallide virentibus septum. **XVII.** Anemone latif. flore magno coccineo, floris octo folia, interne elegantissimo coccineo colore fulgent, nullis unguibus apparentibus, externe color dilutiore, & lanuginosa. **XVIII.** Anemone latifolia flore coccineo phœniceo, Flos amplus, octifolius, coloris ex coccineo phœnicei, ut in rhœade, unguibus parvis suppalidis. Anemone tenuifolia, simplici flore. **I.** Anemone Geranei Ropertiani folio cærulea : an Dioscoridis? flos ex 14 aut 15 foliolis mucronatis compositus, coloris est cærulei, vel rubri, vel ex utroque mixti, externa parte subcærulei, interna albi : sic flore nunc cæruleo, nunc rubro, nunc albo reperitur : quare Taber. tres species, alba, cærulea & rubra. **II.** Anemone tenuifolia, flore multifido, dilute purpurascens. Flos ex 14 & pluribus foliolis dilute purpureis, & quasi carneis, nullis unguum vestigiis, constat. **III.** Anemone Oenanthæ foliis flore violaceo hexaphyllo. Flos qui ex 6 interdum 7 & 8 foliis compositus est, communiter est purpureus, seu violaceus, externa parte lanuginosus : est & albus : quare apud Taber. Anemone corallina violacea & alba : & Anemone angustifolia, & 4. & apud Gerard. Fig. tres. **IV.** Anemone tenuifolia flore pallide coccineo. Flos hexaphyllus, foris tenui lanugine pubescens, coloris dilute rubescentis, interne coccinei, valde diluti, unguibus amplis, albis. **V.** Anemone tenuif. coccineo flore Hexaphyllo, flos floridi coccineo coloris, unguibus magnis, ex pallido, fusco, & albo mixtis. **VI.** Anemone tenui folio coccineo, flore octophyllo. Flos interne coccineus, unguibus albis, & externe coccineus, tenui lanugine pubescens & splendet. **VII.** Anemone tenuif. flore magno coccineo hexaphyllo, flos intus elegantissimus coccineo colore nitet, foris lanugine pubescit : unguis albi sunt. **VIII.** Anemone tenuif. flore coccineo, sanguineo. Flos 5. 6. interdum 7 foliorum, coloris coccinei, ad sanguineum vergentis, unguibus magnis, ex albidis, purpureis venis distinctis : aliquando flos ad cœteri lateris colorem accedit, nec splendet. **IX.** Anemone tenuif. flore sanguineo coccineo. Floris sex folia interne lanugine obducta, coloris sunt sanguinei, saturatoris & splendentis, interne sanguinei coccinei permixti. **X.** Anemone tenuifolia, flore sanguineo coccineo alter. Flos major hexaphyllus sanguineo colore & interdum coccineo & cochinellem medio, unguibus minoribus & albicantibus. **XI.** Anemone tenuifolia, flore ex sanguineo & coccineo medio. Flos hexaphyllus coloris ex sanguineo & coccineo medii, diluti, ei prorsus similis, quem vulgus Cochinellem appellat. Unguis magni, albi, & quasi argentei. **XII.** Anemone tenuifolia, flore amplo, sanguineo, hexaphyllo, flos coloris sanguinei, elegantissimi, unguibus magnis, albis. **XIII.** Anemone tenuifolia flore amplo, atrorubente. Flos hexaphyllus, coloris sanguinei & atro rubentis, & quasi fericeo panni, villosi Kermesino colore præditi, cærulei. **XIV.** Anemone tenuifolia flore rubro saturo, flos hexaphyllus, ruber, seu potius sanguineus, unguibus magis saturis, venis albicantibus, distinctis. **XV.** Anemone tenuifolia flore niveo. Flos hexaphyllus, niveus, cujus unguibus carnei quid aspersum : apicibus ex obscura purpura nigricantibus. **XVI.** Anemone tenuifolia, flore amplo, candido, flos hexaphyllus, prorsus, candidus unguibus, externe virescentibus, apicibus nigris. **XVII.** Anemone tenuifolia cretica, flore magno, albo, quæ in prodro mo sub. I. descripta est. **XVIII.** Anemone tenuifolia, flore albicante. Flos est Hexaphyllo, candicante, staminibus albis, apicibus subcæruleis. **XIX.** Anemone tenuifolia, flore ex albedo majore. Flos magnus, hexaphyllus, coloris primum exalbidi, virescentis, dein ad carneum tendentis, unguibus externe virescentibus, interne albis staminibus, carnei coloris. **XX.** Anemone tenuifolia, flore exalbido minore. Flos minor ex sex, octo, & pluribus foliolis compositus, coloris extrinsecus carnei, albo mixti, intrinsecus verò prorsus fere albi : unguibus & venis ex albo paululum virescentibus. **XXI.** Anemone tenuifolia flore furvo albicante. Flos ex cinericio sive furvo albicans, & tenui velut rubedine perfusus, ut fere est Cappucinatorum pannus. **XXII.** Anemone tenuifolia, flore carneo striato. Flos hexaphyllus, externe carneus, oris albicantibus : interne exalbidus, venis carneis, ad medium folium sparsis, staminibus purpurascens, apicibus nigricantibus. **XXIII.** Anemone tenuifolia, flore magno, suaverubente, unguibus albis. Has varietates satone fieri credibile est, cum in aliis quibusdam plantis etiam contin-

Pulsatilla.

contingere observatum fit. Nam natura in florum anemones coloribus non minus quam in Tulpis & Iridibus ludit: ita ut plusquam triginta discrimina in colore, aut unguum varietate, aut foliorum numero observata fuerint. Anemone Mathioli, omnes Anemones, singulares caules, interdum duos aut tres, vel plures, nullis ramis præditos proferre observatum fuit, nisi fortè id naturæ lusu contingat, uno alteroque ramulo inter superna folia summum caulem amplectentia enato. Quare, quid Matthiolus suis Anemonis quatuor propositis velit, non affequimur: omittere tamen nolimus. I. Anemone prima Matth. Lugd. II. Anemone secunda Matth. Lugd. an ramunculus flore globoso. III. Anemone quarta Matth. IV. Anemone quinta Matth. V. Anemone varia radice fibrosa peregrina. Anemones genera varia, floris rosei, lutei, purpurei, varietate distincta, aspectu pulchra: vario floris colore, aliàs rubro, aliàs purpureo nonnunquam luteo observavit Raywolfius in suo itinere Hierosolymam versus, & obiter lugd. herb. attigit. Anemone flore pleno. I. Anemone latifolia maxima versicolor, folia florum externa & majora dena, aut duodena viridia sunt, eorum mucronibus coccineo colore leviter & virgatim infectis, interna minora & angustiora, dilutiore purpurea & rubro nitent. Aliquando ex prædicto flore uncialis pediculus minorem florem ex octo latiorum foliorum partim viridium, partim coccineorum compositum, sustinet, quam pro quarta posuimus. II. Anemone latifolia flore coccineo. Differt à priore quod in hoc flore umbilicum glomerata & reflexa folia non occupant. III. Anemone latifolia coccineo flore duplo vel triplo densiore & pleno, quam prior sit Clus. Cur. post. IV. Anemone latifolia parvo dicta major, flos unicus 20. 30. aut pluribus foliis constans, eleganti saturato splendidoque, coccineo colore, prædictis unguibus sanguineis orbe pallido cinctis. V. Anemone latifolia Pavo dicta, major prolifera. VI. Anemone latif. Pavo minus polyphylla. Hæc flores imos plenos profert, interdum simplici, octo, novem, aut decem foliorum serie constantem. VII. Anemone latifolia flava. VIII. Anemone tenuif. multiplex, rubra, flore est rubro cæruleo albo. IX. Anemone tenuif. multiplex purpurea. Est etiam quæ purpureo cæruleum florem, alia quæ suaverubentem & nitidum profert. X. Anemone tenuif. multiplex atro purpurascens. XI. Anemone Germanei rotundi folio plena. I. Anemone sylvestris alba major. II. Anemone lyl. alba minor. pro in prod. descripta. III. Anemone alpina alba major I. quæ 2. in prodromo. IV. Anemone alpina alba minor quæ 3. in prod. V. Anemone numerosa flore majore. Flore est candido, aut ex purpura rubente modo dilutiore, modo intensiore colore sub cæruleo carneo roseo. Hinc Taber. tres figuras habet Ramunculi albi purpurei & ex rubro purpurei nomine. Et Thalius tertio generi quod flore est candido, species tres tribuit, foliis & floribus majoribus minoribus & medio modo donatis, quartum è candido rubet, & ratione foliorum majus & minus est. VI. Anemone nemorosa flore minore hæc in prodromo, est. VII. Anemone nemorosa sterilis foliis punctatis. VIII. Anemone nemorosa flore plano albo. IX. Anemone nemorosa flore pleno purpureo. Anemone limonia pleno purpureo flore, vel Ramunculus sylvarum pleno flore purpurascens Clus. hist. X. Anemone nemorosa affinis peregrina. XI. Anemone nemorosa affinis peregrina: 2. Flore herbacei coloris. Hactenus doctiff. Bauhinus. Pro sylvestri à multis habetur anemone, quam tertiam Mathioli vocant. Sativa major est, foliis latioribus, durioribusq; radicles eadem habet tenues ac plures, sed flos albus. Postremū impedit, cur pro anemone sylvestri non habeat. Fortassis sylvestris anemone differentiam agnoscit, alibi flore purpureo saturatiore reperitur. Sed hæc mera conjectura. Sacris etiam minus quæ sativa. Alii pulsatillam anemonem vel anemones quoddam genus dicunt. Non est sativa anemone quod radicem ferat longam, minimè geniculatam, olivam magnitudine aliquomodo referentem, & folia magis pastinacam quam coriandrum emulantur, hirsuta tamen, pilosa, asperaque; nec sylvestris est anemone, quod folia habeat multo, quam sativa, tenuiora, radice constet unica non pluribus ac tenuibus. Adversarioum Auctores illud pulsatillæ genus statuunt anemonem sylvestrem quod foliis est nigrioribus, eo moti argumento, quod hanc anemonem acriorum calidioremq; tradiderit Dioscorides. Satis cognitur & exploratum, pulsatillam urentem facultatè possidere. Etenim sicubi imponatur, quamcun-



que corporis partem contigerit exulcerat & erodit, qua de causa ab aliis inter anemonam & ranunculum quasi media habetur. An reliquis anemonis nigriora sint folia ipsa autopsia docebit, incana sunt, attamen non sine nigredine. Sanior illorum videtur sententia, qui montanam anemonem Theophrasti esse volunt. In rupibus, locis asperis, lapidosis, montosisque reperitur. Primo vere floret; prope Emmericam sponte locis quibus dixi innascitur, Aprili floret. Sylvestris tota est, difficulter curam admittit, in hortis sæpius plantavi, missaque mihi non semel fuit à Ioannes ab Elten P. M. dum viveret summo herbariæ rei amatore & indagatore. Operam semper perdidit, in tertium nunquam retinere anemum potui, altero tamen quandoque floruit. Pulsatilla dicitur, quod seminum tremuli pappi levissimo flatu huc atque illuc agentur. Supra dixi, multos inter argemone & anemonem non posse distinguere. Cum itaque hæctenus de anemona egimus, visum fuit, propter vocis, figuræ, facultatum que vicinitatem, hoc loco de argemone agere. Dioscorides lib. II. cap. cccv. Αργεμόνη, ἔχει ῥίζαν ἴσην ἑσμοίον ἀργεῖα μήκωνι. τὸ δὲ φύλλον ἀνεμάνη ἔχει ὅμοιον, ἰσομήνιον, (vetus τὸ δὲ φύλλον ἀργεμόνης ἰσομήνιον.) In vulgatis codicibus habetur, τὸ δὲ φύλλον ἀνεμάνης ἔχει ὅμοιον ἀνθῶ· ἰσομήνιον, καὶ ὄλον φοινίκων, κεφαλὴν, (quæ licet apud Oribasium sic legantur corrupta admodum sunt. Pergit Dioscorides) ἀνθῶ· φοινίκων, κεφαλὴν δὲ ἰοικύια μήκωνι ῥιζοῖ, ἰπικησιόεσσι δὲ, καὶ πατιέταν κατὰ τὸ ἀνωθεν μίση. ῥίζα προσηλην, ὅπῃ δὲ ἀνίσι καὶ ἐκίζοντα, δριμύτη. καθαίρει δὲ ἀργεῖα καὶ νεφρίτια, δ. Argemone tota quidem sylvestri papaveri similis est, sed folium habet quale anemone, divisum: florem in cauliculo puniceum: caput quale papaver rhas, sed oblongius, & summi partibus laevum: radicem rotundam: liquorem vero reddit croci colore, & acrem. Illita folia argemata & nubeculas expurgant. Cur argemone dicatur manifestum satis arbitror, à vi scilicet, qua pollet, argemone dicitur. Consensus, inquit doctiff. Saracenus, omnium interpretum fecit, ut que alioqui in vulgatis exemplaribus depravata legebantur, ita restituerimus: τὸ δὲ φύλλον ἀνεμάνη ἔχει ὅμοιον, ἰσομήνιον, ἀνθῶ· ἐπὶ καυλῶ· φοινίκων, κεφαλὴν δὲ. Quamquam illud ἐπὶ καυλῶ, penitus omisit Cornarius; Ruellius post illud, κεφαλὴν δὲ, reposuit. Plinius verò nulla floris facta mentione, lib. xxv cap. ix. Folia habet (argemonia) qualia anemone, divisiva, apii modo, caput in cauliculo papaveris sylvestri: item radicem. An itaque legit τὸ δὲ φύλλον ἀνεμάνη ἔχει ὅμοιον, ἰσομήνιον, κεφαλὴν ἐπὶ καυλῶ· ἰοικύια μήκωνι ἀργεῖα. Sic legisse Plinius videtur. Non tamen ita scripsit Dioscorides, Plinius cum legisset argemones folia divisiva esse, ad instar anemonæ, cumque ante lib. vx. anemone folia comparasset apio, similiterque divisiva dixisset, de suo, vocè σελίνου sive apii addit. Pro argemone in veteri quodam codice plantã, cujus iconem exhibemus, pictam invenimus. Argentina videtur. Imaginẽ addidi, ut cuilibet innotesceret, non tantam fidẽ antiquis codicibus imaginibus esse adhibendam, præsertim iis, quæ barbaro læculo pictæ sunt. Omni ἰσῶ· argentina caret, nullã acredine habet, nec capitulum papaveri rhæadi simile ostendit, Ooo huic

Argentina.



huic radix fibrosa, quæ rotunda dici non potest. Verbo ut dicam, flos, folium, radix, omnia dissimilia. Ignoscat auctor, quisquis ille sit, si alia sit quâ argentina. Alii papaver rhœas dictum pro argemone agnoscunt. Huic lacteus liquor, croceus argemonæ, nec rotunda fatis radix. Lobelius aliam plantã argemones nomine his ferè verbis describit. Gemina plantæ papaveris rhœadis, primo intuitu in Angliæ Somerseri, & GalloBelgij segetibus, radicem, florem & folia hirsuta in caule pedali & sesquipedali ostendant: flores verò puniceî, papaveris rhœadis minores, decidui, quarū minori capitula rhœa-

Argemone.



dis angustiora, longiora, & hispida sine codio: majori itē echinata, & hispida, sed glomerata, & torulis camilata capitula, in cuius vertice specimen quoddam cupuli aut codij relinquit: utriusque semen papaveris rhœadis minus. Memini me hanc plantam vidisse, verū an croceum emittat succum, non recordor. Huic similem, si non eandem, describit Cordus lib. 11. Histor. Argemone caulē ferè habet cubitalem, teretem, & hirsutum, circa quem folia sunt inferius majora, superius verò minorā, crebrò profundis & obliquis incisuris divisa, hirsutaque, minori rhœadi similia. Florem item sole geminos ingrediente, in summis furculis fert similem & æqualem; quo defluente, oblongum capitulū remanet, papaveri rhœadi simile, paulatim incrementum sumens, donec unicam longitudine superet, in summitate latum, inferius verò angustum, in quo semen clauditur, papavere minus, colore ruffum. Radicem habet annuam, digito longiorē, gracilem, teretem & fibratam, colore flavam. Tota herba luteum liquorem incisa remittit, chelidonii majoris modo, gustu acrem, & amarum. Nascitur in editis vineis, glutinoso & pingui solo. Alterius argemones meminit Aucutorii auctor. Ἀργεμώνη ἴστρον, οἱ δὲ ἀρτέμιωνη, οἱ δὲ ἀρτέμο, οἱ δὲ σερμυθῆδα, ῥώμιος ἀρτεμιονίαν, καὶ αὐτὴ περίοικε μὲν ἀρχαῖα μύκωνι τοῖς φύλοις, δύναμις δὲ ἔχει αὐτῆς χλωρῆς τεύχομένη λίσια, καὶ ἐπιτημένῃ διακροπῆς (Marcellus desiderari putat iusuram, quod non improbo.) καὶ ὄφθαλμῶν φλεγμονὰς παύειν, ἀρμόζει καὶ δυσεντερικῆς, σὺν ἰδιῶτι πινομένη. Alterā argemonam quidā artemonem, alii arselam, seu sarcocollam, Romani artemoniam vocant. Ea quidem foliis sylvestri papaveri similis est. Vim habet hæc viridē, ad levorem trita & imposita, incisuras sanandi (nervorum) & oculorum inflammationes mitigandi: dysentericis quoque pota cum aqua auxiliatur. Quod si argentina foliis esset papaveris sylvestris, contenderem esse argemonam alteram; nam vires, quas auctor hic argemone adscribit, habet argentina, sed, ut dixi, facies diversa. Fortassis, ut hoc obiter addam, pro altera argemone pinxit is qui antiqui herbarii, ut dixi, auctor est: Eisdem vires obtinet argentina, oculorum inflammationes mitigat, dysentericis pota auxiliatur, vulnera incisurisq; sanat, imposita convulsionibus & vellicationibus medetur. Argentine nomen ab argenteis foliis impositū.

ξίφιον] Τὸ ξίφιον Boranici gladiolum vocant; quam ob caulam pessimè à summis maximisque viris audiunt. Sed rationes quas adserunt videamus. *Alia*, inquit, *herba est*, quam Græci ξίφιον, vel φασγάνιον vocitant, *alia quam Latini gladiolum appellant.* In eo tamē errore omnes hæctenus herbarii versati sunt, ξίφιον Græcorum esse, quem Latini gladiolum appellant. Sed falluntur; Latini gladiolum dicitur, quæ Græcis ἴρις ἀρξία, vel ζυελίς. Difert hæc ostendunt Dioscoridis verba, quæ ex antiquissimo codice ita sunt legenda. Ζυελίς, οἱ δὲ ξιφίδα, οἱ δὲ ἴριον ἀρξίω, ῥώμιος δὲ γλαδιόλερον. Esse nostrum gladiolum descriptio fidem facit: καὶ ὁλοὶ δὲ ἢ μίσην τῶν φύλων πηχναῖον, ἰκνηὸς πῖχυν, ἰφ' οὐ λόβον τεύχομεν, καὶ ἴρι' αὐτῶν ἀνδρῶν πορφυροῦν, τὸ δὲ ἴρι μίσην φοινικῶν, καὶ ῥώμιος δὲ ἐνθηλακίωσις σπύκις ὁμοίος, προσβύλλον. At quod Græci ξίφιον vocant & φασγάνιον, toto genere diversum est, nec Latini gladiolum id genus appellarunt, sed Græco nomine xiphion, & phasganion. Dioscorides in eo ita corrigendus, ex eodem codice: ξίφιον, οἱ δὲ φασγάνιον, οἱ δὲ μαχαίριον καλοῦσιν, διὰ τὸ τῶν φύλων σχῆμα. τοῖσι γὰρ ἴριδι. Reliqua omnia ut spuria sunt rejicienda. At viri doctissimi falso hæctenus crediderunt, quem Plinius multis locis gladiolum nominat, eundem esse cum illo xiphio, vel phasganio, quod ex professo describit lib. xxv cap. xi. Nec enim ibi Latine gladiolum vocari monet, nec aliis in locis, ubi medicinas ex eo refert, aliter vocat quam xiphion, nusquam gladiolum nominat, at cypiron, τὴν κυπεροῦν, gladiolum ubique interpretatur, & separat à cypero junco. Vt aliud sit κύπερον, aliud κύπερος, hic gladiolus, ille junceus, unde & παλίμαται siebant. Hefychius: Κύπερον, τὸ ἐκ κυπεροῦ σχοινίου πινυμένον. Idem alibi scribit, cypirum esse alterum gladiolum. Ergo iris sylvestris alter gladiolus. Et tamen alio loco ξίφιον Theophrasti vertit gladiolum; quasi ξίφιον Dioscoridis & Theophrasti diversa sint. De quo alibi viderimus. Illud sanè constat, quod volumus, aliam herbam ξίφιον Græcis vocari, aliam gladiolum Latinis. Hæctenus audivimus doctissimorum virorum iudicium. Nunc videamus, an Botanici sine ratione bulbosam plantam, quam Græci ξίφιον vocant, gladiolum appellarint. Omnes quotquot hæctenus fuerunt Botanici, τὸ ξίφιον gladiolum dixerunt; uterque Cordus, Marcellus, Ruellius, Harmolaus, Leonicerus, Fuchsius, mathiolus, Dodoneus, Bobelius, Pena, Clusius & cæteri omnes. Præter rationē est, si quis existimet, hoc ipsos temerè fecisse. Plinius, ut ipsi fatentur, qui contrariam defendunt sententiam, καὶ ξίφιον

ἑφίον Theophrasti, gladiolū vertit. Sic enim hunc Theophrasti locum lib. xx. cap. xi. reddidit. *Sequitur ananthe, melanion, ex sylvestribus heliobryfos.* (Vetus elichryfos) Beinde alterum genus anemones, quæ limonia vocatur, post hanc gladiolus, comitatus hyacinthis, Theophrasti verba sunt, καὶ τὸ ἑφίον, καὶ δὲ ὑάκινθος. Idem Plinius eodem libro cap. xv. i. i. gladiolum, cypiron, ubi docet, (quod ipse alibi facit) multos cypirum & cyperum confundere. Quidam, inquit, etiam unum genus junci trianguli faciunt, cyperum vocant. Multi verò non discernunt à cypiro, vicinitate nominis. Nos distinguemus utrumque. Cypirus est gladiolus, ut dicit Plinius, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Creta, dein Naxo, quippe in Phœnice. Postrema de cypero Græci. Gladiolus hic xyris non est; quippe iris modo geniculatam habet radicem Xyris, bulbosam Xiphion. Sed hoc argumentum non satis validum, quo probetur, τὸ ἑφίον Latinos gladiolum vocasse. Id diserite & apertè scribit Apulejus, quem, qui contrariâ defendunt sententiam, alibi maximè commendant, ejusq; testimonio utuntur, ac auctoritatem ejus rejiciendam negant. Scribit itaque Apulejus libro de virtutibus herbarū cap. xlv. i. *Græcorum quidam xiphion, alii phasganon vocant, Itali gladiolum dicunt.* Auctarii auctor: οἱ δὲ ἀνακτόροιοι, οἱ δὲ ἀερίοι, Ρώμαιοι γλαδιόλου. Nunc ex æquo judica, benigne lector, an botanicos rectè reprehendam, qui errare illos scribunt, quod τὸ ἑφίον gladiolū vocent. Nullius valoris est argumentum; Dioscorides τὴν ξυρίδα dicit à Romanis vocari gladiolum, quod de Xiphio tacet; ergo Romani τὸ ἑφίον non vocarunt gladiolum. Atqui Apulejus, in Romano territorio educatus, palam scribit, τὸ ἑφίον gladiolum fuisse dictum. Quæro nunc, utrum hac in re Italo major debeatur fides quam Græco? Gladioli nomē plures olim audierunt plantæ, τὸ ἑφίον, ξυρίδα aliæque. Nicander in Georgicis plantas quarum folia ensem referunt φάσγανον, id est, gladiolos vocat,

Φάσγανον παρθενικαῖς νεόχου παισὶν ἀμφιχέονταί:

Gladiorum genera recenter congesta circumfunduntur. Columella lib. ix. cap. iv. Narcissi foliū gladiolum vocat. *Ut sunt in irriguo solo frutices, amelli, caules acanthini, scapus asphodeli, gladiolus narcissi.* τὸ ἑφίον doctiss. Gaza modò pugionem, modò ensem interpretatur; nos gladiolum, quod Botanicis omnibus nomen hoc maximè cognitum. Nomen unde acceperit, unicuique notum arbitror; docet hoc Theophrastus lib. vii. cap. xii. τὸ δὲ φάσγανον, κατὰ πᾶν δὲ κελευμένον ἑφίον. ἑφίον δὲ τὴν καὶ τὸν αὐτὸν Dioscorides lib. iv. cap. xx. ἑφίον, οἱ δὲ φάσγανον κελεύσι, (addit alter codex: ἀνίμασται δὲ ἑφίον) διὰ τὸ εὖ φύλλον σχῆμα εἶναι ὅτι ἰσθμίου, ἰλαττον ἰσθμίου τὴν καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ μαχαίριον, ἰσθμίου, κελευμένον δὲ ἀνίμασται περὶ τοῦ ἑφίον, σιχρὸν δὲ ἀλλήλων δισπᾶται. κερπὸν δὲ προγυλόν. βίβλος β. τὴν ἰσθμίου ἐπὶ τῆς ἐπίσης κρημίνης, ὡς περὶ βολβία μικρῆ, τούτων ἡ ἰσθμίου ἰσθμίου ἰσθμίου, ἡ δὲ ἀνίμασται ἀδροτίετα; φέρεται δὲ μάστιγα ἰσθμίου. Xiphion alii phasganon, alii macheronium à folii figura vocant. Est enim iridi similis, at minus, & angustius. & gladioli modò mucronatum, nervosum. Caulem verò promit cubitalem, in quo purpurei flores, certis aequalibusque spatiis inter se distantes: semen rotundum, radices geminas, quorū una alteri insidet, pusillorum bulborum figura. Ex his inferior gracilis est, superna plenior, & uberior. In arvis potissimum nascitur. Oribasius, qui Dioscoridem exscripsit, paulò aliter caules describit. κελευμένον δὲ ἀνίμασται περὶ τοῦ ἑφίον, ὅπου μισθόν, ἑφὸν ἀνίμασται περὶ τοῦ ἑφίον. Hanc improbo lectionem, quod lacteo succo careat caulis gladioli, sive xiphij. Lacuna, pro τούτων ἡ ἰσθμίου κρημίνης, ἰσθμίου ἰσθμίου, ex antiquo codice legit; τούτων ἡ ἰσθμίου κρημίνης, καὶ ἰσθμίου ἰσθμίου. Quam lectionem, quod ita sese habeat, uti addita offendit tabella, non improbo. Totam periodum doctissimus Salmasius eodem sensu ex veteri codice sic legit; βίβλος δύο, τὴν μίαν τῆς ἐπίσης ἐπισημειώθη, ὡς περὶ βολβία μικρῆ, τούτων ἡ ἰσθμίου κρημίνης ἰσθμίου, ἡ δὲ ἀνίμασται ἀδροτίετα. Theophrastus ἀποφύσεις μικρῆς lib. vi. cap. xi. habere scribit; ἀλλὰ ἡ τοῦ φασγάνου κελευμένου γυμναστικῆς τε ἰσθμίου καὶ τῆς ἀνίμασται περὶ τοῦ ἑφίον, καὶ ἀφλοῖος, καὶ ἀποφύσεις ἕχουσαι μικρῆς, ὡς περὶ τὸ γένος. At gladioli appellati radix dulcis est decoctæ, & trita, farina admista panem dulcem, atque innoxium reddit. Rotunda hæc est, & sine cortice, bulbū sive potius adnatū donata modo gethij. Hunc locum, ut infra dicam, malè vertit Plinius; nunc alia indaganda. Ait Theophrastus, Xiphij radicem adnatas plures habere instar gethij, quam Dioscorides geminam refert. An ergo Dioscoridis Theophrastique gladiolus diversus? Hoc affirmabunt, qui parum in re botanica exercitati sunt. Contrarium tamen docebunt botanici, ac rectè Dioscorides geminam huic tribuit radicē, rectè Theophrastus

plures adnatas habere scripsit. Radix quippe ex geminis constat bulbis, quorum alter alteri insidet, quorum superior veris initio minor, ac vegetior, inferior major ac flaccidior, qui paulò post perit, in plures subinde multiplicatus. Cum ergo Theophrastus multos bulbos habere scribit, sive potius adnatas radicales, id verno tempore verum deprehenditur; ex diverso, quod Dioscorides tradit, id maximè autumno observatur. Plinius locū Theophrasti proximè citatum pessimè lib. xx. cap. xv. i. exscripsit *Bulborum, inquit, generi quidam adnumerant & cypiri, hoc est, gladioli radicem.* (Ergò τὸ ἑφίον Romani gladiolum vocarunt) *dulcis ea est, & quæ decoctæ panem gratiorem etiam faciat, ponderosiorēq; simul subacta.* Quæ de adnatis tradit Græcus, Latinus non recensuit. Dioscorides in arvis nasci gladiolū docet. Plinius in humidis nasci auctor est locis. *Idem & gladiolum alterum, quem cypiron vocant, & ipsum palustrem, Julio mense toto secari jubet, ad radicem, tertioq; die in sole siccari, donec candidus fiat.* Quotidie autem ante solem occidentem in tectum referri, quoniam palustribus defecit, nocturni rores nocent. Vereor Plinium cypirū & cypiron confundere, vel saltem gladiolo adscribere, quod alteri debeat plantæ. Quod autem Dioscorides ait, in arvis nasci, in palustribus Plinius, id facillè conciliari potest. Nam dantur & arva plurima humida. Adde Dioscoridem ipsum non planè negare in humidis nasci, sed tantum dicere potissimum μάστιγα ἰσθμίου ἀποφύσεις, in arvis nasci. In verbis Dioscoridis illud adhuc consideratur, quod ait, ἀπὸ τοῦ ἑφίον. Quærent doctiss. viri, an vertendum sit? *In mucronem definent, an decurtati mucronis instar?* quales cultelli aliquando in incidendi tantum usum fabricantur: Utrumque τὸ ἀπὸ τοῦ ἑφίον significare, ex diversa præpositionis ejus vi constat. Prior plausibilior expositio, magisque arridet, quod experientia eam confirmare videatur. Vide iconem. De xiphio hæc Plinius lib. xxv. cap. xi. *E diverso Xiphion, & phasganion in humidis, cum primum exit, gladii speciem præbet, caule duum cubitorum, radice ad nucis avellana figurâ simbriata, quam effodi ante messes oportet; siccari in umbra, superior pars ejus cum thure trita, a quo pondere admisto vino, ossa fracta è capite extrahit, aut, si quid in corpore suppurat, vel, si calcata sint ossa; serpentis eadem contra venena efficac.* Cum primum, inquit, exit, gladii speciem præbet. Hoc animadvertere non potui, nec verū puto, de suo id addidit Plinius, nec caulem apud nos duum fert cubitalem, sed cubitalem, aut paulò majorem. Pro simbriata, lege fibrata, Nucis avellana figurâ referre Græcorū, quod sciam, prodidit nemo, nec satis rectè cum ea comparari potest: quodatenus tamè refert. Porro gladiolo folia sunt oblonga,

Gladiolus xiphion in quo ἀποφύσεις, quæ vere apparent, conspiciuntur.



Gladiolus μονόσχητος, in quo bulbus geminus apparet.



angusta, frata, gladii modo mucronata, iridis minora & angustiora: caulis laevis, teres, cubito longior, circa...

καὶ ὁ ὑάκινθος. Ὑάκινθος alius medicus, alius Poeticus.

De Poëtico videtur agere Theophrastus, utrumque tamen novit (ut post dicam) Medicus enim maturius Mar-

Ἰλίουθρον, καρπὸν τε πολυθρήνου ὑάκινθου, Ὀν φοῖβος θρήνησεν, ἐπεὶ ῥ' ἀκούσῃ ἔκτα...

Psilothrumque, & flos Hyacinthi flebilis, acres Qui Phæbo movit gemitus, lachrymasque dolenti, Postquam ad Eurotae matris flumine natus...

Ad hos versus Scoliaſtes. Τὸν δὲ ὑάκινθος πολυθρήνου φασὶν ὀνομαζέσθαι πολυθρήνητον, γρηγορέα καὶ φιλόθρητον, ἢ γρηγορῶντος καὶ θρήνητος, ἢ ὑπὸ φίλου θρήνηθης...

Phæbo sua semper apud me Munera sunt lauri, & suava rubens hyacinthus.

Ovid: lib. x. Metamorph.

Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt, Flōsque novus scripto gemitus imitabere nostros, Tempus & illud erit, quo se fortissimus heros...

Et haectenus de priori fabula, altera apud Theocryti scholiaſtē habetur Eidyli. 10. Τὸν ὑάκινθος φασὶν δόξαι εἶναι...

ἔπειτα ἀμβροσίον τῶν ἐπὶ τῷ Αἴαντι μυθολογούμενων. Φύται γὰρ ἐκ τοῦ αἵματος αὐτοῦ φασὶ τὸν ὑάκινθον, ὅτι ἐμύθη ἐπὶ τοῖσιν, ἔπειτα πτωχῶν τῶν ἑσπέριον. Ὅθεν καὶ τὸ Αἴαντος ὑποφάσεις, εἰς τὴν Εὐφορείαν ἀπασθῆναι ἔπειτα. Πορφύρεον ὑάκινθον σὲ εὖρ μία φάσις ἀνιδεῖν.

Ρίτισις ἀμαρτίσιν δεδουπότῳ Αἰακίδαο,
Εἶαρ ἀντίλιν γηραμμένα κῶκύνουσαν.

Id est :

Hyacinthum narrant ex sanguine Ajacis provenisse, qui ad Trojam occisus est; idcirco autem huic flori inscriptum esse αἶ, αἶ, initium nominis Ajacis, eaque de causa eum florem scriptum Hyacinthum vocat Poeta, cum canit αἶ χαρπὴν ὑάκινθον. Litteras enim habet inscriptas lugubres, videlicet αἶ, αἶ, quae testes sunt eorum, quae de Ajace fabulantur, cujus ex sanguine natum Hyacinthum canunt. Cecidit enim ad Trojam, & sese gladio interemit, unde affectus & miseria Ajacis apparet. Ad versus Euphorionis respexit, qui cecinit.

*Purpuree Hyacinthe te solam canunt Poeta
Rhæteo in litore occisi stebilis Ajacis.
Quando vere pullulas deslere quae de co traduntur.*

Fabulatum satis. Hyacinthum hunc Latini vaccinium vocarunt. Sed videndum, ne cum magnis labantur Medicis, qui Hyacinthum Medicorum existimarunt sic vocari, cum solus Poëticus sic appelletur. Poëtarum Hyacinthum, vaccinium vocari ex Theocrito probatur, qui eidyl. x. canit.

Καὶ τὸ ἰὸν μέλαν ἐντὶ καὶ ἀχαρπὴν ὑάκινθον
Ἀλλ' ἐμπαῖς ἐν τοῖς τεφάνοισι τὰ περὶ τὰ λέγονται.

Hos versus Virgilius partim reddidit Ecloga II. & quidem postremum; partim, x.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Priorem ecloga, x.

Et violæ nigrae sunt, & vaccinia nigra.

Viri magni Theocritum, Virgiliumque, vulgarem sive Medicum describere hyacinthum existimarent, sed pronomen, sive potius articulus α fefellit eos, quem putarunt esse privativam particulam. Legerunt quippe ἀχαρπῆ, & verterunt, non scripta. Sed scriptum Poëtam intelligere scholiastes verbis citatis docer. Neophytus, ὑάκινθον, Ρωμαῖοι βακκινίον. Autuarij auctor, ὑάκινθον, οἱ δὲ, ἰλιωνίαι, οἱ δὲ, πορφύρεοις, Ρωμαῖοι βακκινίον (vulgo βακκουρε, malè) οἱ δὲ ὑακίνθον. Nonnulli beloniam, alii porphyranes, Romani vaccinium, alii ulcinum vocant. Hæc nomina vulgari medicoque Hyacintho non conveniunt, πορφύρεοις dici non potest; cœruleum enim florem habet, non purpureum. Quin etiam vox vaccinium ex hyacintho derivata est. Græcis, ὑάκινθον & ὑακίνθον, quod Latini mutarunt in vaccidium, & vaccinium ut arvipendium; & arvipennium. postea melioris soni gratia, vaccinium dixerunt. Hyacinthus itaque Poëtarum & vaccinium idem. Videamus quas notas veteres de Hyacintho hic tradiderint. A Plinio, qui utumque confundit, initium faciemus. Lib. xvi. cap. xviii. in aquosis provenire ait, ac inter arbores ineptè numerat. Non nisi in aquosis proveniunt, salices, alni, populi, filer, ligustra tesseri utilissima. Item vaccinia, Italiae in aucupibus sata: Galliae vero etiam purpurea, tingendi causa ad servitiorum vestes. Nec filer nec genista inter arbores memorari debent. Constantinus, è Turnebo legit, Italiae mancipiis sata. Quia mangonio vaccinii tardatur corporis pubertas, quod erat venalitiis utile. Quod Dioscorides de hyacintho medico tradidit, ut mox dicam. Sed alia Doctiss. Dalecampij opinio. Ego verò, inquit, si eam lectionem probarem, rationem potius ex sequentibus verbis afferrem, quia vacciniis succo tingantur servitiorum vestes in purpurea colorem. Præterea, tardior pubertas iis utilis non erat, sed dominis & mangonibus, quod pluris eos non barbato venderent. Constantinus putat, vaccinium fuisse hyacinthum: ego verò arbusculum, in sepibus frequentem, quam magaleb quidam vocant. Satis admirari nequeo Dalecampium in re botanica exercitatissimum, quod velit ex magaleb, vel, ut alii scribunt, mahaleb vaccinium esse, cum non tingat purpuram. Ex Theocriti versu cum Virgiliano collato cognovimus, vaccinium

herbam & hyacinthum esse Poëtarum. Lege totum locum cum Turnebo, aliisque viris magnis. Item vaccinia Italiae mancipiis sata, Galliae verò etiam purpurea tingenda causa ad servitiorum vestes. Ideò satam mancipiis dicit, quod mancipiorum pubertatem tardaret, idque utile erat dominis & mangonibus, ut quam diutissimè venales suos impuberes conservaret; carius enim impuberes, barbaque; carentes vendebantur. Idem Plinius lib. xxi. cap. xxvi. *Hyacinthus in Gallia eximie provenit: hoc ibi pro cocco Hygginum tingitur Radix est bulbacea, mangonicis venalitiis pulchre nota; quæ vino dulci illita, pubertatem coerct, & non patitur erumpere.* Postrema de hyacintho medico Dioscorides lib. i. v. cap. xlii. ἡ τις σὺν εἴρω κατὰ τὰ αὐθιγὰ λευκῆ ἐπὶ παιδῶν, ἀνίβους πρὸς ἐν πίπτουται. Hæc, ut creditur, pueris, è vino albo illita, pubertatem coerct, & non patitur erumpere. Hoc hyacinthi genus hygginum non imbuat lanas colore. Cœruleum est, eademque inficit linteamina. Malè etiam legitur. Hoc ibi pro cocco hygginum tingitur. Coccinus color alius ab hygino. Idem Plinius lib. ix. cap. xli. *Quin & terrena miscere, coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret Hygginum. Coccum Galatiae rubens granum, ut dicimus in terrestribus, aut circa Emeritam zuzitania, in maxima laude est.* Clarè satis coccinum diversum colorem ab hygino facit. Si cocco tinctam lanam Tyria purpura tingebant, ut redderetur hygina, necesse est colorem hygginum inter purpureum & coccineum fuisse. Hoc cum animadvertisset Dalecampius, corruptum Plinii codicem judicavit. Restituitque. Hoc ibi è rubra pro cocco hygginum tingitur. Nempe color similis hygino vero, quod fit primum è cocco, deinde è Tyria purpura. Huic lectioni favet Vitruvius, apud quæ legitur: *Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubra radice & hygino.* Rubra hæc radix est, quam Græci ἑρπιδανον, Latini rubram vocant. In antiquo nostro codice locus Plinii alio planè & meliori sensu habetur, ex eodèque facile restitui poterit. Sic autem in eodem legitur. *Hyacinthus in Gallia eximie provenit: hoc ibi loco hygginum tingit. Radix est bulbacea, mangonicis venalitiis pulchre nota.* Scribe ergo: *Hyacinthus in Gallia eximie (vel optime) provenit. Hoc ibi locorum hygginum tingunt.* Hygginus color inter coccinum & purpuram accedebat. Atqui cum hyacinthi color esset purpureus, facilè hyacintho hygginum tingere poterant. Hyacinthi color, ut dixi, est purpureus. Idem Plinius lib. xxi. cap. viii. ubi de tribus præcipuis agit coloribus. *Amethystum, qui in viola, & ipse in purpureum, quemque hyacinthinum appellavimus.* Idem loco supra citato. *Gallia verò etiam purpurea tingenda ad servitiorum vestes.* Vitruvius, eadem ratione vaccinium temperantes, & lac miscentes purpuram faciunt elegantem. Ideò ὑάκινθον μίλων, vaccinium nigram dixerunt Theocritus & Virgilius, quod purpureo nigricante constaret colore. nigros & lucentes Indorum è purpura crines. Eadem de causa hyacinthi flori comparat Dionysius de situ orbis.

ἑιδομέναις δ' ὑάκινθον

Πιοτάτας φερέουσιν ἐπὶ κεράσιον ἰθέρειας.

Similes vero hyacintho,

Pinguissimos gerunt in capitibus cincinnos.

Homerus quoque, comas negras ὑάκινθον αἰθεὶ ὁμοίως facit, quas μελαίνας exponunt Grammatici. Quæ de colore hæc nus diximus, ea de vulgari hyacintho dici nequeunt. Hæc enim ejus nigroris, aut purpureæ est, ut commodè sumi queat ad comparisonem nigri capillitii. Fuit quoque Poëtarum hyacinthus, litteris quibusdam, aut potius discurrentibus venis notatus. Moschus in epitaphio Bionis.

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὺ γράμματα, κατὰ λέον αἰ αἰ
Λάμβανε τοῖς πετάλοισι. Malunt alii πετάλοις legere,

Nunc Hyacinthe sonet tua littera, scilicet αἶ, αἶ,
Non tamen hoc satis est αἶ, αἶ. Plus ergo loquantur
Litterulasque velis foliis inscribere plures.

Virgil. ecl. tertia.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Nascantur flores inscripti nomina regum.

Plinius lib. xxi. cap. xi. *Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens ejus quem Apollo dilexerat, aut ex Ajacis cruore edens, ita discurrentibus venis, ut Græcarum litterarum figura A legatur inscripta.* Idem hyacinthus lili formæ ab Ovidio describitur. x Metamorph.

*Ecce cruor, qui fufus humi signaverat herbas,
Definit esse cruor, Tyriôque nitentior ostro
Flos oritur: formâque capit, quam lilia, si non
Purpureus color his, argenteus eſſet in illis.
Non ſatis hoc Phœbo eſt (is enim fuſt auctor honoris)
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & ai, ai.
Flos habet inſcriptum, tunc ſtaque litera ducta eſt.*

Nicander in Georgicis, cujus verſus apud Athenæum
lib. xv. extant, hyacinthum iridi ſimilem canit.

*Ἴρις δ' ἐν ῥίζῃσι ἀγαλλιάση δ' υἰακίνθη
Αἰατῆ προσοεικε.*

*Iris radicibus laſciviens hyacintho
E cruore Ajacis nato ſimilis.*

Atque hæ ſunt notæ, quibus veteres hyacinthum ſive
vaccinium deſcripſerunt. Nugantur, qui pro vaccinio
habent baccas liguſtri. Nigrum planè hæ tingunt colo-
rem, & ea de cauſa ab iis, qui chartas luſorias parant,
leguntur. Teſtatur Tragus, ſe atramentum ſuum non ſemel
ex hiſce baccis confeciſſe. Abſurdus præterea Poë-
ta eſſet, ſi florem fructui comparafſet. Semper floribus
jungit vaccinium. Ecl. x.

Et viola nigrae ſunt, & vaccinia nigra.

Nec audiendi, qui vulgarem medicum hyacinthum
& Poëtarum, unum eundemque florem contendunt.
Ubi literæ inſcriptæ? ubi figura iridis? Nunquam la-
nas, vel linteamina eleganti purpureo, ſed cœruleo tin-
git colore. Alii pro hyacintho agnoſcunt conſolidum
regalem, florem cujus ſi inverſas, inſcriptum videbis
A, A, A. Hos characteres occultat in folio quodam im-
plicato. Horum opinionî ſubſcriberem, ſi reliquas
flos hic notas haberet, planè diſſimilis iridi, nec pur-
puram tingit. Quidam lilium purpureum pro hyacintho
habent, quod canat Ovidius,

*Formamque capit, quam lilia, ſi non
Purpureus color hu, argenteus eſſet in illi.*

Servius etiam Ajacis hyacinthum, quaſi lilium eſſe
rubrum ait, ſed multa impediunt lilium rubrum eſſe
hyacinthum. In luteum enim colorem vergit iſte,
qui longè abeſt ab hyacinthino nigro. Poëta omnes
hyacinthum è purpura nigrum dixerunt. Claudianus
lib. II. de raptu Proſerpinæ.

*Sanguineo ſplendore roſas: vaccinia nigro
Induit, & dulci violas ferrugine pingit.*

Dulci ferrugine, id eſt, cum grato quodam colore lu-
gubri & obſcuro: ferrugineus enim lugubris & obſcu-
rus. Catullus.

*Noſtros ut luctus; noſtraque incendia mentis
Carbaſus obſcura dicat ferrugine Ibera.*

Ovid:

*Quorum per colla jubasque
Excutit obſcura tinctus ferrugine habena.*

Sed ferrugineus duplex fuiſſe apud veteres videtur
color; alter lividus, ſive ex cœruleo lividus, quomodo
apud Virgilium accipitur ſext. Aneid.

*Ipſe ratem conto ſubigit, veliſque miniſtrat,
Et ferruginea ſubveclat corpora cymba.*

Eodem libro eandem cymbam cœruleam canit.

Cæruleam adveclat puppim, ripaque propinquat.

Propriè tamen ferrugineus, qui ferri imitatur rubigi-
nem, quæ ex nigro rubroque obſcura eſt, ac purpurea.
Eo ſenſu Columella hyacinthum ferrugineum dixit in
hortulo.

Syrpiculum ferrugineis cumulate hyacinthi.

Lilium ergo rubrum non eſt hyacinthus. Accedit,
quod Poëta non rubrum dixit aut luteum, ſed purpu-
reum, noveruntque hoc genus lilij, non ſub hyacinthi,
ſed ſub nomine lilij rubri. Hyacinthi Poëtarum vul-
garis fuit, lilium purpureum rarum. Theophrastus cap.
præcedenti, ubi lilij recenſet genera. Ἰρις δὲ καὶ κροκάκη
φασι εἶναι καὶ περὶ φεφραγῆ. Dioſcorides lib. III. cap. cxv.
φασι δὲ πρὸς τὴν περὶ φεφραγῆ ἀνθὴ κροκάκη γίνεσθαι. Sed nec lilium
jam memoratum lineis intercurrentibus eſt diſtinctum,
quales notarunt priſci. Nos Xyrin, quam ſpatulā foetidā
vocant, Hyacinthum eſſe Poëtarum aſſerimus. Hujus
flos contulus chartas tingit purpura eleganti. Hic eſt
hyacinthus ille, quo & chymici utuntur, ad tingendas
vitreas gemmas hyacinthino colore, ad hyacinthos faci-
ciendas. Zoſimus: ἐπὶ δὲ θυακίντων πῶς, καὶ ἰσάνδου ῥίζα
συνηγορεῖται, ἐπὶ δὲ λυχνίου ἀγγουσι, καὶ αἰμα δραστικῶσι. Et
paulo poſt: ἐπὶ υἰακίνθου δὲ πῶς υἰακίνθου, καὶ μείλας ἰσάνδου,
καὶ ἰσάνδου ῥίζαν. Huic flos eſt lineis diſcurrentibus venis,
veluti literarum ductu, id eſt, maculoſus habet notas,
quibus Ai, Ai deſignantur. Hic iridi ſimillimus, adeo,
ut iris dictus ſit ſylveſtris. Auctuarij auctor, οἱ δὲ, ἰεὺν
ἀγρία, οἱ δὲ κακῆς (forte κακῆς) Ρωμαῖοι γλαδιόλουρι, οἱ δὲ
ἰεὺν ἀγρία. Ab aliquibus iris agria, ab aliis caſtos, à Romanis
gladiolus, ſeu iris agreſtis. Dioſcoridis hæc eſſe verba ex
antiquiſſimo teſtatur codice Clariff. Salmalius: Ζυρίς,
οἱ δὲ ζυρίδα, οἱ δὲ ἰεὺν ἀγρία, Ρωμαῖοι δὲ γλαδιόλουρι καλοῦσι.
Quæ lectio Oribafii munita eſt auctoritate. Hunc
gladiolum, ſive potius Xyrin ſylveſtrem iridem, Romani,
ut idem Salmalius primus obſervavit, hyacinthum
vocantur, Palladius lib. I. cap. xxxvii. ubi herbas api-
bus gratas recenſet, hanc Xyrin numerat. *Aſphodallum,
citraginem, amaracum, hyacinthum, qui iris, vel gladio-
lus dicitur, ſimilitudine foliorum, narcissum, crocum, cæte-
raſque herbas, ſuaviſſimi odoris & floris.* Ita ſcripſit, ut
ab altero diſtingueret hyacintho, qui eſt medicus.
Quod ſi cui Palladius non ſatis idoneus auctor videatur;
alium auctoritate graviffimum addam, cujus auctori-
tas rejici non poteſt: iſt eſt Columella, ſcriptor antiquiſ-
ſimus, & celeberrimus. Hic lib. IX. cap. vi. ubi de a-
pum paſſione agit, ſic ſcribit. *At in hortenſi lira conſi-
ta nitent candida lilia, nec huſ ſordidiora leucoſa, tum pu-
nica roſe, luteolaque & Sarrana viola, nec minus cæleſtis
numinis (lege nominis) hyacinthus, Corycius item, Sicu-
luſque bulbis croci deponitur.* Cæleſtis nominis hyacin-
thum aperte vocat illud genus hyacinthi, quod nomen
iridis habuit. Atque hic planè eſt hyacinthus, illorum fa-
bulis celebratus, diverſus utique ab altero hyacintho
vulgari; & propterea, ut ab hoc diſcerneret, cogno-
mentum addidit, vocavitque hyacinthum cæleſtis no-
minis. Sed unum obſtare videtur, putà, quod Ovidius
dixerit, florē lilio eſſe ſimilem, quem vel erraſſe dicen-
dum, aut, Xyrin non eſſe hyacinthum. Dicendum, Poë-
tam Græcos imitari, liliq; vocem latè ſumpſiſſe. Quan-
quam nec eo opus effugio, flos enim iridis, Xyridiſque
cūm lilio comparari ſatis poteſt. Sed, ut dixi, Græcos
imitatus eſt, qui κροκάκη latè ſumpſerunt; Suidam cucur-
bitam, aut potius ejus florem κροκάκη dictum teſtatur. κρο-
κάκη τὸ ἀνθὸν ἀπὸ τῆς διακροκάσεως. διὸ καὶ τῆς διακροκάσεως λέγε-
ται κροκάκη ἰνυμέροντος καὶ ταχὺ διακροκάτων, διὸ καὶ ἡ κροκάκη
κροκάκη λέγεται. Lexicon vetus υἰακίνθου liliū ait vocari ni-
grum. υἰακίνθοι τὰ κροκάκη μείλατα. Pelagonius hippiaſter lib.
I. cap. I. Ἴρις Ἰβηρικῆς τὸ λεγόμενον ἀγρία κροκάκη λέγεται τὸ
ἡμῶν, πικρῶς γὰρ ἀκόκκων διαφύει γὰρ ἀσλίνα ἀσπίματῶς γὰρ
αἰ. Idem in gloſſis Medicis legere eſt. Ἴρις Ἰβηρικῆς τὸ
κροκάκη κροκάκη τὸ λευκόν, ἴρις κοινὴ τὸ κροκάκη κροκάκη τὸ ὀξύ. Neo-
phytus: Σούσιον τὸ κροκάκη κροκάκη, καὶ βασιλικὸν κροκάκη, τὸ περὶ
φουφῶν κροκάκη, καὶ ἴρις λέγεται. Græcos ergo imitatus eſt Ovi-
dius, ex quibus patet, Xyrin eſſe hyacinthum Poëta-
rum. Deſcribitur à Dioſcoride loco citato hiſ verbiſ.
Ζυρίς, τὰ μὲν φύλλα ἔχει ἰριδι ὁμοία, ἀπὸ τῆς ἀκρο-
κάσεως, καὶ τὰ δὲ ἐκ μείλας τῶν φύλλων πικρῶς, ἰκανῶς παχύνει, ὅφ' οὐ
οἱ λοβοὶ κροκάκη. καὶ ἐπ' αὐτῶν ἀνθὸν περὶ φουφῶν. Τὸ δὲ ἐν μέσῳ
φουφῶν κροκάκη δὲ ἐν θυλακίσις κροκάκη (ὁρῶν Oribaf.) ὁμοί-
ου, προγῶλον, ἐρυθρῶς, (μέλας Oribaf.) δριμύς, ῥίζα δὲ πε-
λοπόννησος, μακροῦ, πυρρῶς, πρῶτον περὶ τῆς κροκάκη ἢ τροκάκη
καὶ κροκάκη κροκάκη. Xyris folia habet iridis, at latiora, & in ca-
cumine acuminata: quorum è medio caulis erumpit cubita-
lis, ſatis craſſus, in quo ſiliquæ ſunt triangulares, & ſuper
iſtis flos purpureus, medio puniceo: ſemen in folliculis ſi-
mille fabi, (ervis) rotundum, rubens, & acre: radix cre-
bris cinctis geniculis, longa ac ruſſa. Ea contra capitis vul-
nera fractaque efficaç eſt. Dioſcorides Xyrin dictam
innuit quod folia habeat cacumine acuminata. Appo-
ſitè priſci ob folij ſimilitudinem ζυρίδα quaſi raſorium
cultum

cultrum aut novaculam dixerunt. Est enim illi folium ancipiti novaculæ similius, acutiore acie, & tenuiore, rigidioveque quam gladiolus, aut iris mucrone. Spatula foetida, à recentioribus, tum ob eandem folii figuram, (spata enim gladium significat,) tum, quod gravem exhibet odorem, nuncupata est. Malunt alii, contra auctoritatem Dioscoridis, *ξυρίδα* potius appellatam esse, quod utrimque folium in aciem attenuatum habeat, quam quod ejus summitas in acumen desinat. *Ξυρίδα* enim propriè significat id quod acie ad eò est temperata, ut scindat; inde *ξυρίδα* pro novacula. Talia sunt folia gladioli, vel *ξυρίδα*. Novaculam referre *ξυρίδα* folia negamus. novacula instrumentum est, quo raduntur pili & barba. Nec utrimque sunt acuta, sed in acumen pungens desinunt. Ex Galeno, & Aegineta cognoscimus *τὴν ξυρίδα ξυρίδα* per *η* vocatam fuisse. *Ξυρίς ἢ ξυρίδα λεπτομεγένης*. Malè apud Galenum legitur. *ξυρίς, ἴνιοι δὲ ξυρίδα λεπτομεγένης*. Series alphabetæ, quam sequitur Galenus, legendum ostendit *ξυρίς, ἴνιοι δὲ ξυρίδα λεπτομεγένης*. Apud Suidam *ξυρίς ἴδω φουτὸν ἀρωματικὸν* legitur. pro quo restituendum videtur, *ξυρίς, ἴδω ξυρίς φουτὸν ἀρωματικὸν*. Sed vulgatam non ausim rejicere, quod apud Helychium scriptum est, *ξυρίς, ἀρωματικὸν π φουτὸν*. Quantum animadvertere possum, dixerunt Græci *ξυρίδα, ξυρίδα ξυρίδα* & *ξυρίδα*. Delectentur Suidas & Helychius aromatico Xiridis odore, mihi non placet. Sed Spatulam foetidam quidam *ξυρίδα* esse negant. Quod spatulæ folia quidem sint iridis, sed non angustiora, verùm æqualia. Ad verba Dioscoridis si attendamus, argumentum nullius erit valoris. Ait enim folia Xyridis latiora iridi, sed in acumine acutiora; qualia Xiridis folia *αὐτοῦ* docebit. Ubi *πλατύφυλλα* folia & cacumine acutiora dicit Dioscorides, innuit medium folium latius, aut ventricosius esse, summum verò multo angustiore mucrone, cujusmodi prorsum spatulæ, nascentis sponte, quibusdā, præsertim Gallo-provinciæ & Angliæ locis, ubi quam uberrima, prope uda prata, & littoreos maris aggeres inspicere licet. Objiciunt, & semen fabæ est dissimile. Fabæ quippe latum & oblongum, rotundum spatulæ. Respondent nonnulli, apud Oribasium non *καίμεις*, sed *αἰσθῆσις* legi; adduntque, Xyridis semen non figura, sed odore fabas referre. Sed non opus est eò refugere. Affero fabæ esse simile figura. Veterum enim faba non fuit lata, plana, oblongaque, sed rotunda, ut lib. VI II. docebo. Denique Spatulam Xyridem esse negant,

Xyris annosa cum flore, spatula patula.



Xyris juventa in femine.



quod radicem habeat multifidum ac capillarem. Quæ difficultas facile solvi potest. Legunt nonnulli *ἄνθη μικροῦ, μικροῦ*, facilis, inquiunt, & frequens literæ mutatiuncula. Malo dicere, pro soli cœlive ratione majores minoresve Xyridis esse radices. Ætate etiam differunt. Dum enim juvenca est planta, fibrosam & gracilem habet radicem, ubi verò adolevit, crassam. Et hæc causa, cur duæ à nobis exhibeantur figuræ. Meminit hujus spatulæ five Xyridis Theophrastus lib. ix. quod lectorem mitto. Plinius inter iridis genera recenset, irimque sylvestrem vocat. Sunt, ait, qui sylvestrem Xyrin vocant, quod alibi Theophrastus de Xyride iridi adferibit. Quilibet novit, Plinium sæpe duas confundere plantas. Spatula foetida, caule foliisque iridi similis, nisi quod nigriore sint, & cacumine, ut dixi, acutiore, gravem foedumque spirant odorem, præsertim si confricentur, atque digitis atterantur. Flores quoque iridi similes, sed minores, purpurei, sordidi & obsoleti coloris, vel, ut Valerius Cordus, satura purpura arridentis; qui siliquorum rudimentis triangularibus, quasi ab ipsis exorientes, insident; quæ tandem defluentibus floribus, majores factæ dehiscentes in tres finduntur partes. Semen in his rotundum ochri five erviliæ magnitudine, rubens, splendens, quod reficcatum contrahitur & nigrescit. Radices novellis plantis rotundæ, & veluti bulbi, aut cepæ al cuius caput, ex qua crassiores fibræ dependent. Veteribus verò & multorum annorum plantis, multæ iridi similes positu & figura longæ, crassæ, geniculatæ, sibi invicem implicatæ, magnum veluti cespitem constituentes, gustu fervidæ, ut & ipsum semen. In Hetruria Gallo-provincia Italia sponte exit: apud Belgas vix aliis locis, quam in hortis reperitur. Adversus hyemis injurias, quas non fert, diligenter muniri debet. Florem edit Julio & Augusto: semen autumno maturatur. Passim spatulam foetidam appellant: Belgæ *Wand-lupfen krupt* / à potentia, quæ cimices necat. Hactenus de hyacintho Poëtarum. Quod si quis tamen velit, uti fabula duplex, ita & duas esse hyacinthos, per me licet, modò Ajacis hyacinthum iridi similem statuat Xyrin, alteram autem